Μ. Ἐκείνους μακρὸν καὶ μακάριον τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ βιώσεσθαι βίον, ὅσοι τοῖς γονεῦσι, καὶ τοῖς ἄρχουσι, καὶ τοῖς προστασίαν ἀξιωματικὴν ἢ ὑπεροχὴν ὁπηνικοῦν εἰληφόσι πειθηνίους ἑαυτοὺς παρέχουσι, καὶ τὴν ὀφειλομένην τιμὴν ἀπονέμουσι. τοὐναντίον δὲ τοὺς ἀφηνιάζοντας καὶ ἀπειθοῦντας ἢ γονεῦσιν, ἢ προστάταις, ἢ ἄρχουσιν, ἢ ἄλλοις προέχουσιν, ἢ καὶ ὑβρίζοντας εἰς αὐτοὺς, ταχέως καὶ ἀπροσδοκήτως καὶ ἀτίμως ἀπολεῖσθαι, ἢ βίον παντὸς θανάτου λυπηρότερον, καὶ ἀδοξότερον ζήσεσθαι, καὶ τελευταῖον τιμωρίαν ὑφέξειν τῆς ἀπειθείας καὶ ἀσεβείας ἐκείνης αἰώνιον ἐν ᾅδου.

Δ. Μετίωμεν ἐπὶ νῦν τὸ ἕκτον ἔνταλμα;

Μ. Οὐ φονεύσεις.

Δ Μῶν ἱκανῶς τὸν νόμον τοῦτον ἐπιτηρήσομεν, ἐὰν τὰς χεῖρας φόνου καὶ

αἵματος

*aliis præsunt, cur* Parentum *nomine notantur?*

*A* Vt declaretur, quòd Deus eos nobis nostro, reipublicæque commodo donaverit. Atque ita PARENTUM nomine, quod principibus, magistratibus aliisque superioribus tribuitur, commonemur, ut illis non pareamus solùm, verumetiam ut eos revereamur, atque amemus. Rom. 13.4. Hebr. 13.17

M. *Quid deinceps in hac lege est?*

*A.* Longam eos beatámque vitam, Dei beneficio esse victuros, qui parentibus, principibus, magistratibus, aliisque superioribus dicto audientes fuerint, debitúmque ipsis honorem tribuerint. Contráque consequens est, qui parentibus, principibus, magistratibus, aut superioribus aliis minùs se obedientes præbuerint, aut contumeliosi in eos fuerint, illos aut citò repentinóque cum ignominia morituros, aut vitam quavis morte acerbiorem turpiorémque traducturos esse, qui etiam ad extremum contumaciæ scelerísque sui pœnas apud inferos sempiternas sustinebunt. Exod. 20 12 Deut. 5. 16. Ephe. 6. 2, 3.

M. *Sextum jam quod sit præceptum dicito.* Exod. 20 13

*A.* Non occides. Deut. 5. 17.

M. *Satísne Legem hanc observabimus, si manus ab homicidio, sanguinéque,* Math. 5. 21. & 19 18. Iacob. 2 11.

αἵματος καθαρὰς ἔχωμεν;

Μ. Ἀπαγορεύεται κἀκεῖνα, ἃ ἀφορμήν πως τοῦ φόνου δίδωσι, δηλονότι σκώμματα καὶ τωθασμοί, καὶ βλασφημία, καὶ προπηλακισμοὶ, καὶ λοιδορίαι, καὶ ἔριδες, καὶ μάχαι, καὶ πάντα τούτοις ὅμοια.

Δ. Ἢ ἄλλο τί ἐστι;

Μ. Ὁ Θεὸς οὐ πρὸς τὰς ἔξωθεν μόνον πράξεις, ἀλλὰ καὶ μάλιστα πρὸς τὰ τῶν διανοιῶν πάθη βλέπων ἔθηκε τὸν νόμον αὐτοῦ. παρὰ γὰρ τῷ Θεῷ κριτῇ ὀργή τε καὶ μῖσος, καὶ πᾶσα τοῦ φονεύειν, καὶ τιμωρεῖσθαι, καὶ βλάπτειν ἐπιθυμία, φόνος ἐστίν. Οὗτος οὖν ὁ νόμος ἀπείργει ἡμᾶς καὶ τούτων.

Δ. Ἐὰν οὖν μηδένα μισῶμεν, τὸν νόμον προσηκόντως φυλάξωμεν;

Μ. Ὁ Θεὸς μισεῖν ἀλλήλους ἀπαγορεύων, κελεύει πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ δὴ τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν εὐνοεῖν· ὥστε καὶ τοῖς ἀπεχθῶς καὶ φθονερῶς, καὶ δὴ καὶ δυσμενῶς τε καὶ ἀπηνῶς πρὸς ἡμᾶς διακειμένοις σωτηρίαν καὶ εὐθυμίαν, καὶ εὐτυχίαν, καὶ εὐθηνίαν ἐπεύχεσθαι· μηδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ εὖ δρᾶν αὐτοὺς, ἐάν γε δυνώμεθα, καὶ τῷ Θεῷ ὑπὲρ αὐτῶν εὐχὰς ποιεῖσθαι.

Δ. Ὁποῖόν ἐστι τὸ ἕβδομον πρόσταγμα;

Μ. Οὐ μοιχεύσεις.

Δ. Τίνα διάνοιαν ἔχει ὁ νόμος;

*que, integras servabimus?*

*A.* Probibentur etiam ea, quæ cædis occasionem aliquam habent, ut ludibria, irrisiones, maledicta, probra, convitia, rixæ, pugnæ & similia omnia.

Matth. 5. 21, 22, 23, 24. Rom. 3. 13, 14, 15. Gal. 5. 20 21. Iaco. 3. 14, 16.

M. *Ecquid est amplius?*

*A.* Deus sua lege non externis tantùm actionibus, sed animorum etiam affectionibus, iisque vel maximè cavit: apud Deum enim indicem iracundia, odiúmque, & occidendi, vindicandi, aut nocendi voluntas omnis homicidium esse decernitur. Hoc ergò jure divino ista etiam vetamur.

Matth. 5. 22. Gal. 5. 20, 21. 1 Ioh. 2. 9, 10, 11.

M. *Si neminem ergò oderimus, abundè legi huic erit satisfactum?*

*A.* Deus cum odium reprobat, benevolentiam a nobis in omnes mortales, hostes etiam, requirit: idqué adeò quidem, ut malevolis invidisque nostris, qui infenso, crudelitérque infesto in nos sunt animo, salutem, & tranquillitatem, omniáque faustè, fœliciter, & prosperè evenire optemus, beneficiis illos etiam, si facultas in nobis fuerit, afficiamus, Deóque pro illis vota faciamus.

Luc. 6. 27, 28. Rom. 12. 14, 17, 19, 20.

M. *Quod est septimum præceptum?*

*A.* Non adulteraberis.

Exod. 20. 14. Deut. 5. 18. Matth. 19. 18.

M. *Hoc præceptum quam sententiam habere putas?*



*A.* Ob-

Μ. Καταδικάζει πᾶν αἰσχρῶν ἡδονῶν εἶδος, καὶ πᾶσαν αἰσχρολογίαν, καὶ τὴν ἐν τοῖς ὄμμασιν ἢ ἐν τῷ σχήματι ὑπάρχουσαν ἀσέλγειαν, καὶ πάντα συλλήβδην ἀκαθαρσίας σημεῖα καὶ τεκμήρια, χωρὶς δὲ τούτων ἀπαγορεύει ῥαθυμίαν καὶ ἀργίαν, καὶ ὀψοφαγίαν καὶ οἰνοφλυγίαν, καὶ ἀβρότητα περὶ στολὴν καὶ ἀγῶνάς τε καὶ παιδιὰς ἀκολάστους, καὶ ὅσα ἄλλα αἰσχρότητος ἢ σπινοσουν ἢ ἐν σώματι ἢ ἐν ψυχῇ αἴτια γενέσθαι εἴωθε. κελευόμεθα γὰρ καὶ τὰς διανοίας ἡμῶν πασῶν ἀκαθάρτων ὀρέξεων καὶ ἐπιθυμιῶν ἁγνὰς διατηρεῖν, ἐπειδὴ αἱ ψύχαι τε καὶ τὰ σώματα ἡμῶν ἀντὶ ναῶν τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἱερῶνται.

Δ. Πρόϊθι δή.

Μ. Η ὀγδόη ἐντολή ἐστιν, Οὐ κλέψεις.

Δ. Τίνα τῷ νόμῳ ἀπηγόρευται.

Μ. Οὐ μόνον ὅπως μὴ ἀσκοῖμεν τὰς κολαζομένας ὑπ᾽ ἀνθρώπων κλοπάς, ἀλλὰ καὶ μηδένα ἀπατοῖμεν ἢ ἀγορασίᾳ καὶ πράσει ἀπατηλῇ χρώμενοι, ἢ μέτρα καὶ σταθμία ἄδικα ἔχοντες, ἢ κίβδηλόν τι καὶ νόθον πωλοῦντες, καὶ ὅπως μὴ ἀδικοῖμεν ἄλλον ἢ ἐκ τοῦ τὰ δικαστήρια δικάζειν, καὶ δωροδοκίᾳ διαφθείρειν, ἢ ἄλλο τι δι᾽ ἀπάτης καὶ δόλου πράττειν. Ετι καὶ πρὸς τούτοις, οἱ ἄλλων ὑφελόμενοί τι τῶν προσηκόντων αὐτοῖς, οἷον οἱ τοὺς ἐργάτας ἀποστεροῦντες τοῦ μισθοῦ, καὶ οἱ διὰ πλεονεξίαν μὴ

βουλό-

*A*. Obſcenarum voluptatum univerſum genus, omnis verborum turpitudo, oculorum, geſtúſque, petulantia omnis, omnes impuritatis notæ, atque indicia quæcunque, hac lege condemnantur. Deſidia item inertiáque, in cibo, potu, veſtitu luxus & luxuries, ludi, luſúſque impudici, & quæcunque præterea ad corporis animíve fœditatem ſolicitare, aut commovere poſſunt, hoc præcepto vetantur. Nam ut mentes etiam noſtras ab appetitionibus deſideriiſque impudicis puras conſervemus, præcipitur, propterea quòd tam animæ quàm corpora noſtra templa ſunt divino ſpiritui conſecrata.

Prov. 6. 24, 25. Matth. 5. 27, 28, 29. Rom. 13. 13. 1 Cor. 6 9, 10. 15, 16, 17, 18, 19. 1 Theſſ 4. 3, 4, 5, 7. & 5. 22. Ezec. 16. 49, 56. Eccleſ. 33. 26.

1 Cor. 3. 16, 17. & 6. 15, 16.

M. *Perſequere reliqua.*

*A*. Octavum præceptum eſt: non furaberis.

Exod. 20. 15. Matth. 19. 18.

M. *Hoc præcepto quæ prohibentur?*

*A*. Non ea ſolùm furta vetantur, quæ humano jure plectuntur: ſed etiam edicitur, ne nundinatione aut venditione fraudulenta, menſuris doloſis, parúmve legitimis ponderibus, aut adulterinis fucatíſque mercibus quenquam fallamus, néve judiciis pecunia tentatis pretióque & largitione corruptis, aut ulla alia fraude, dolóve malo adhibito, quenquam circumveniamus. Præterea, qui officium debitúmve alteri ſubducunt, ut qui laborum mercedem operariis non perſolvunt: qui per avaritiam pauperibus

Prov. 11. 1. & 20. 10. 23. 1 Theſſ. 4 6. Tit 2. 20.

Pſal. 62. 10. Prov. 17. 23. Eſa. 5. 23.

Ezech. 22. 13. Malac. 3. 5. 1 Tim 5. 18. Prov. 14. 20, 21, 31.

βουλόμενοι τοῖς πτωχοῖς καὶ ἀπόροις βοηθεῖν, τοῖς ὀρφανοῖς ἀμῦναι, τοῖς ξένοις καὶ ἀποδήμοις ἐπικουρεῖν, καὶ οἱ τοὺς ἀμαθεῖς καὶ ἀπείρους μὴ παιδεύοντες, καὶ οἱ βουλὴν μὴ δόντες τοῖς βουλῆς προσδεομένοις, καὶ οἱ τοὺς πλανωμένους τῆς πλάνης οὐκ ἀπαλλάττοντες, καὶ εἰς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἐπανάγοντες, καὶ οἱ τοῖς ἐν δυστυχίᾳ καὶ ἀδημονίᾳ γινομένοις παραμυθίαν μὴ φέροντες, καὶ πάντες οἱ τούτοις παραπλήσια πλημμελοῦντες διὰ τούτου τοῦ νόμου καταδικάζονται.

Δ. Μῶν ἄλλό τι περιέχεται ἐν τῷ παραγγέλματι τούτῳ;

Μ. Μάλιστα μὲν, καὶ γὰρ ἀπαγορεύόμεθα μὴ ἐν νῷ ἅπαξ ἔχειν ζημιῶν τῶν ἀλλοτρίων τὰ ἴδια κέρδη καὶ ὠφελείας θηρεύειν. τὸ γὰρ εἰς ἀνθρώπους ἄδικον, τοῦτο καὶ θέλειν ἢ ποθεῖν παρὰ Θεῷ φαῦλόν ἐστι.

Δ. Λέγε νῦν τὴν ἐννάτην ἐντολήν.

Μ. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.

Δ. Αὕτη ἡ ἐντολὴ τίνα νοῦν ἔχει;

Μ. Ο νόμος οὗτος οὐ μόνον τὴν ἄντικρυς ἐπιορκίαν καὶ τὴν τοῦ ὅρκου ὑπέρβασιν ἀπείρηκεν, ἀλλὰ καὶ καθόλου πᾶν ψεῦδος, καὶ λοιδορείαν, καὶ διαβολὴν καὶ βλασφημίαν, καὶ κολακείαν, καὶ προσποίησιν, καὶ εἰρωνείαν δι᾽ ὧν ἢ τὰ ἀγαθὰ τοῦ πέλας ζημιοῦται, ἢ καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ βλάπτεται. προστάττει ἅμα μήτ᾽ αὐτοὺς εἰπεῖν τί ποτε ψευδὲς καὶ οὐκ ἀληθὲς, μήτε ἄλλων τοιοῦτό τι εἰπόντων

ἀκούοντ-

indigentibúsque opem ferre, viduis succurrere, orbis pupillísque subvenire, peregrinis atque advenis opitulari recusant: quíque rudes atque ignaros rerum non instituunt atque erudiunt: qui consilii expertes consilio non juvant: qui vagos errantésque ab errore non avertunt, neque in rectam viam revocant atque reducunt: qui afflictis mœrentibúsq; consolationem non adhibent: omnésque horum similes hac lege condemnantur.

Iacob. 2. 3, 6. & 5. 19, 20. Lev. 19. 9, 10. & 23. 22. Deut. 22. 1, 2, 3, 4. & 24. 15, 17, 19. & 27. 17, 18, 19.

M. *Hoc præcepto an quicquam adhuc præterea continetur?*

*A.* Omninò: Nam ex alienis damnis utilitates nostras aucupandi, aliquam etiam voluntatem cogitationémve suscipere hac lege prohibemur. Nam quod in homines injuriosum est, id vel optare aut expetere vitiosum est in conspectu Dei.

Zac. 8. 16, 17. Act. 20. 33.

M. *Recita jam nonum præceptum.*

*A.* Non eris adversus proximum tuum testis mendax.

Exod. 20. 16. Deut. 5. 20. Matth. 19. 18.

M. *Hæc lex quam habet sententiam?*

*A.* Hac lege non apertum solùm evidénsque perjurium, jusiurandíque violatio, sed omnis etiam vanitas, calumnia, obtrectatio, maledictio, assentatio, simulatio, dissimulatióque omnis quæ sint aut contra rem, aut existimationem proximi, generatim vetantur. Præcipitúrque ut nec ipsi unquam mendacium, falsúmve quicquam dicamus, neque in aliis,

Exod. 23. 1. Levit. 19. 11. Deut. 19. 18, 19. Psal. 15. 3. Soph. 3. 13. Matth. 19. 18. Luc. 3. 14. 1 Pet. 2. 1, 2.

ἀκούοντας ἢ λόγῳ ἢ γραφῇ ἢ σιωπῇ συναινεῖν: ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν συνεχῶς θεραπεύειν, καὶ φυλάττειν, καὶ ἀναζητεῖν, καὶ ἀμύνειν.

Δ. Οὐδὲν ἄλλο κελεύει ὁ νόμος;

Μ. Θεὸς, ὁ τοὺς ἔνδοθεν ἡμῶν λογισμοὺς καὶ διανοίας παντελῶς εἰδὼς, ἀπειπὼν ἡμῖν μὴ κατηγορεῖν τινα, ἀπεῖπεν ἅμα μηδὲ φαύλην περί τινος ὑπόληψιν καὶ δόξαν ἀναιτίως λαμβάνειν. ἀλλὰ καὶ προστάττει περὶ ἄλλων ὡς χρηστῶν ὄντων διανοεῖσθαι, καθόσον ἡ ἀλήθεια μὴ κωλύσῃ, καὶ πᾶσαν ποιεῖσθαι σπουδὴν, ὅπως ἣν ἔχουσι παρὰ πολλοῖς ἀρετῆς καὶ καλοκαγαθίας δόξαν, τὴν αὐτὴν σῶαν ἔχοντες διατελῶσιν.

Δ. Λείπει νῦν τὸ ἔσχατον παράγγελμα.

Μ Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τοῦ βοὸς αὐτοῦ, οὐδὲ τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ. οὔτε παντὸς κτήνους αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστί.

Δ. Αὕτη ἡ ἐντολὴ τί ἔχει διαφέρειν τῶν ἐν ταῖς προειρημέναις περιεχομένων;

Μ. Μέχρι τούτων ὁ Θεὸς τὰς πονηρὰς πράξεις, καὶ τὰ διεφθαρμένα τῶν ψυχῶν πάθη ἀπεδοκίμασε, νῦν δὲ ὁσιότητα πάντως τέλειον, καὶ μηδενὸς ἐνδεῆ ἡμᾶς ἀπαιτεῖ· ὥστε μὴ ἐὰν μηδὲ τὴν ἐλαχίστην ἐπιθύμησιν, μηδ᾽ ὅλως κίνησιν τινα οὖν

verbo, scriptura, reticentiáve comprobemus: sed ut veritatem semper colamus, tutemur, exquiramus, atque sustentemus.

Prov. 3. 3. & 12. 17. 19. 23. 23. Eccl. 37. 15. 2 Cor. 13. 8. Ephes. 4. 25.

M. *Nihilne ultra requiritur hac lege?*

*A.* Deus qui intimos animorum nostrorum sensus penitùs perspectos habet, à maledicendo nos prohibens, aliquid etiam mali temerè de proximo vel suspicari opinaríve prohibet: adeòque præcipit, ut quoad per veritatem licebit, benè de allis existimemus, bonámque ipsis famam, quantum quidem efficere poterimus, conservemus.

Matth. 7. 1. Rom. 14. 4. 1 Cor. 13. 5, 7.

M. *Restat jam postremum præceptum.*

*A.* Non concupisces cujusquam domum, non uxorem, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec quicquam omnino aliud, quod alterius sit.

Exo 20. 17. Mich. 2. 1, 2. Rom. 7. 7. & 13. 14. 1 Cor. 10 6.

M. *Hoc præceptum, quid ultrà quàm superiora, imperat?*

*A.* Anteà Deus maleficia, depravatásque animorum affectiones vetuit: jam verò innocentiam omnibus suis numeris expletam à nobis exigit: adeò quidem ut nullum omninò vel tenuissimum desiderium, vel levissimæ cogitationis motum,

Eph. 1. 16. Gal. 5. 24.

τῆς διανοίας ὁρμὴν καὶ κίνησιν κἂν σμικρὰν, τοῦ καλοῦ ἁμαρτάνουσαν τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ὑπέρχεσθαι. πρέπει γὰρ καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ εἰς τὰ μάλιστα ἁγνὰς εἶναι καὶ ἁγίας, ἐπειδὴ ἐκεῖνος οὐδὲν ὡς καλὸν καὶ νόμιμον ἀποδέχεται, ἐὰν μὴ τελείως καὶ ἀληθῶς τοιοῦτον ᾖ, οὗ δὴ κανόνα καὶ γνώμονά τινα ἀκριβέστατον πρὸ ὀμμάτων ἡμῖν ἔθηκε, δηλαδὴ τόνδε τὸν ὑπ' αὐτοῦ κείμενον νόμον.

Δ. Ἐπειδὴ τὴν διάνοιαν τοῦ Δεκαλόγου διεσαφήσας βραχείᾳ ἑρμηνείᾳ χρώμενος, εἰπὲ νῦν εἰ μὴ δυνάμεθα τὰ ἰδίᾳ καὶ καθ' ἕκαστον εἰρημένα εἰς σύντομόν τινα καὶ συνοπτικὸν λόγον πάντα συνάγειν;

Μ. Δυνάμεθά γε· καὶ γὰρ Χριστὸς ὁ θεῖος ἐκεῖνος διδάσκαλος τὸν ὅλον νόμον ἀνακεφαλαιωσάμενος, τὸ κεφάλαιον αὐτοῦ ἐν ὀλίγοις ἐδήλωσε διὰ τούτων· Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης δὲ ἰσχύος σου. αὕτη ἐστὶ μεγάλη ἐντολὴ ἐν τῷ νόμῳ. δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.

Δ. Ὁποίαν νομίζεις δεῖν εἶναι τὴν ἀγάπην ἣν πρὸς Θεὸν ἔχειν κελευόμεθα;

Μ. Τὴν

a virtute quicquam deflectentem in mentes nostras irrepere patiamur. Æquum namque est, ut in animis etiam & mentibus nostris, summa coram Deo castitas sanctimoniáque splendeat. Ab illo enim bonitas atque æquitas non nisi perfectè absoluta probari potest, cujus etiam legem hanc suam, normam omni ex parte perfectissimam nobis ante oculos constituit.

Ier. 4. 14.
Ezek. 18. 31.
Matth. 5. 8.

Rom. 12. 2.
Psal. 5. 4, 5.
2 Cor. 6. 14.

M. *Posteaquam decem jam præceptorum sententiam interpretatione brevi explanásti, dic mihi cunctáne ea quæ separatim articulatímque explicuisti, in pauca conferri, brevitérque & summatim describi nequeunt?*

*A*. Possunt sanè: nam & Christus, divinus ille Doctor, totam Legis vim atque rationem coarctans ejus summam quàm brevissimè his verbis exposuit. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis: Et hoc maximum est Præceptum in Lege. Secundum autem est huic simile, Diliges proximum sicut teipsum. Ad hæc enim duo mandata, universa Lex & Prophetæ referuntur.

Matth. 22. 37.
Marc. 12. 30.
Luc. 10. 27.

M. *Amorem in Deum cujusmodi hîc à nobis desiderari putas?*

 *A*. Qui

Μ. Τῷ τῷ Θεῷ προσήκουσαν, δηλαδὴ ἵνα αὐτὸν Κύριόν τε κράτιστον, καὶ πατέρα χρηστότατον, καὶ σωτῆρα προσφιλέστατον ἐπιγινώσκωμεν ὄντα. δεῖ οὖν τὴν ἡμετέραν εἰς τὸν Θεὸν ἀγάπην τοιαύτην εἶναι, ὥστε καὶ τὴν μεγαλειότητα αὐτοῦ σέβεσθαι, καὶ τῷ θελήματι αὐτοῦ πειθαρχεῖν, καὶ τῇ ἀγαθωσύνῃ αὐτοῦ πεποιθέναι.

Δ. Τί δηλοῖ τὸ, ἐξ ὅλης καρδίας, ἐκ ψυχῆς ὅλης, ἐξ ὅλης ἰσχύος;

Μ. Εντεῦθεν μανθάνειν ἔχομεν οὕτω διάπυρον καὶ ἀκίβδηλον εἶναι δεῖν τὴν ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀγάπην, ὥστε πάντας λογισμοὺς, καὶ ὀρέξεις, καὶ βουλὰς, καὶ πράξεις τὰς τῇ ἀγάπῃ ταύτῃ ἐναντίας ἐξωθεῖν καὶ ἐξελαύνειν, τὸν γὰρ Θεὸν μὴ μόνον μᾶλλον ὧν ἔχει ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῦ πολὺ πλεῖον εὐσεβὴς πᾶς φιλεῖ.

Δ. Νῦν τί λέγειν ἔχεις περὶ τῆς πρὸς τὸν πέλας ἀγάπης;

Μ. Ο Χριστὸς ἤθελε πάντας τοὺς Χριστιανοὺς περιττῇ τινι ὁμονοίᾳ καὶ φιλίᾳ οἰκειότατα πρὸς ἀλλήλους συνάπτεσθαι. ἐπειδὴ δὲ πεφύκαμεν ἅπαντες καὶ ἐκ γενετῆς ἔχομεν τὸ ἑαυτοὺς φιλεῖν, οὐδένα οὔτε προχειρότερον οὔτε σωφρονέστερον, οὔτε δικαιότερον, οὔτε ἐνεργητικώτερον κανόνα τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης δυνατὸν ἦν εὑρεῖν, ἢ ὃν ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ληφθέντα προσέταξεν ἡμῖν ὁ Κύριος ἵνα δηλονότι ἕκαστος τὸν πλησίον ὁμοίως καὶ

*A.* Qui Deo sit idoneus, hoc est, ut summa potestate dominum, summa parentem bonitate, conservatorem nostrum summa misericordia præditum, eum esse confiteamur. Ad amorem itáque erga Deum nostrum accedere debet, ut & revereamur majestatem illius, & ejus pareamus voluntati, ejúsque bonitati confidamus.

Deut. 10. 12. 17, 20. Psal. 25. 1. & 31. 1. & 96. 7, 8, 9. & 118. 8.

M. *Totum cor, anima tota, totæq; vires, quid declarant?*

*A.* Eam videlicet amoris flagrantiam & incorruptam integritatem, ut cogitationibus, cupiditatibus, consiliis, actionibus ullis, quæ Dei amori repugnant, nihil prorsus loci relinquatur. Etenim Deum non modò plusquam sua omnia, sed multo etiam magis quàm ipse se quisque pius diligit.

Deut. 6. 17, 18. & 30. 6. Iosu. 23. 11. Ioh. 14. 15. 21, 23, 24 & 15. 10. Matth. 10. 37. 38. Luc. 14. 26.

M. *Nunc de proximi amore quid habes dicere?*

*A.* Christus voluit Christianos suos summæ inter se conjunctionis vinculis arctissimè astringi. Et quum nostri nobis amor naturalis sit atque in animis penitùs insitus, nulla expeditior, contractior nulla, nulla justior fraterni amoris norma, nec quæ plus habeat efficacitatis, reperiri potest, quàm quæ ab ipso humano ingenio deducta, nobis a Domino præscribitur, ut unusquisque scilicet proximum eodem, quo seipsum, amore complectatur.

Ioh. 13. 34, 35. 1 Cor. 13. 4, 5. &c. Ephe. 5. 2. 29. Phil. 1. 2, 3. 1 Thes. 4. 9, 10. Math. 7. 12. & 22. 39. Luc. 6. 31. Rom. 13. 8, 9, 10. 1 Cor. 13. 5, 6

ἴσως ἑαυτῷ φιλῇ. τούτων δὲ ἑπόμενόν ἐστιν, οὔτε δρᾶν τι τὸν πέλας, οὔτ' εἰπεῖν, οὔτε διανοεῖσθαι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον, οἷον ἂν ἡμεῖς ὑπ' ἄλλων πάσχοντες, ἢ πρός τινων ἀκούοντες, ἢ ἑτέροις περὶ ἡμῶν λογιζομένοις δῆλοι ἂν εἴημεν χαλεπαίνοντες.

Δ. Ποίους ἀνθρώπους προσαγορεύεις τῷ τοῦ πέλας ὀνόματι;

Μ. Αὕτη ἡ ἐπίκλησις μὴ τοὺς πλησίον ἡμῶν οἰκοῦντας μόνον ἢ συγγενεῖς, ἢ ἀγχιστεῖς, ἢ φίλους, ἢ ἑταίρους, ἢ τοὺς ἄλλως πως συνήθεις ἡμῖν ὄντας περιλαμβάνει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγνώστους, καὶ δὴ καὶ τοὺς πολεμίους.

Δ. Ἐπειδὴ οὖν ὁ νόμος τῆς τε πρὸς τὸ θεῖον εὐλαβείας, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀγάπης καὶ εὐνοίας ἀκριβέστατον κανόνα διατάττεται, ὃν δεῖ ἡμᾶς ὅλον ἡμέτερον βίον πρὸς αὐτὸν οἱονεὶ πρός τινα στάθμην κατευθύνειν;

Μ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ δὴ ὁ Θεὸς τοῖς ἀκολούθως τῷ νόμῳ αὐτοῦ βιοῦσι ζωὴν ἐπαγγέλλεται, καὶ τοὐναντίον, ὡς ἔφθημεν ἄνω εἰπόντες, θάνατον ἀπειλεῖ κατὰ τῶν μὴ ἐμμενόντων αὐτῷ.

Δ. Ἦ οὖν οἴει δικαίους εἶναι τοὺς μηδὲν ὅλως περὶ τὸν θεῖον νόμον ἐξαμαρτάνοντας;

Μ. Εἰ μέν τινες τηλικαύτην ἰσχὺν εἶχον ὥστε δύνασθαι νόμον παντελῶς διατηρεῖν, ἐκεῖνοι μάλα εἰκότως δίκαιοι εἶναι ἂν ἐνομίζοντο. νῦν δὲ ἐκ τῆς ἐνούσης

ἡμῖ

plectatur. Cui consequens est, ut ne quid agamus contra proximum, ne quem sermonem, ne quam cogitationem de illo habeamus, quod nobis ab aliis fieri, vel de nobis dici, cogitarive nollemus.

M. PROXIMI *vocabulum quàm longè patet?*

*A.* Non tantùm prope nos habitantes, aut cognationis, affinitatis, amicitiæ, amoris, civilisve alicujus consuetudinis vinculis astricti, sed & ignoti, atque etiam hostes, hac voce PROXIMI continentur. Matth. 5. 43, 44. Luc. 10. 33. 36, 37. 1 Thes. 4. 9, 10.

M. *Quando igitur Lex divini numinis piè sanctéque venerandi, & charitatis atque benevolentiæ erga homines habendæ rationem absolutam præscribit, annon ad illius normam tota est vita nostra dirigenda?*

*A.* Omninò, atque hoc tantopere, ut Deus mores ad legis suæ regulam confirmantibus vitam paciscatur, & a legis præscriptione aberrantibus, e contrario sicuti suprà diximus, mortem minetur. Deut. 8 1. & 11. 22. 28. & 30 15, 17. Matth. 19. 17. Ioan. 12. 50. Rom. 6. 23. & 10. 5.

M. *Iustos ergò eos esse putas, qui a jure divino nulla ex parte discedunt?*

*A.* Certè quidem, si qui ad legem Dei usquequaque servandam valerent, jure illi quidem justi censeri possent: sed ingenita naturæ nostræ corruptione, ita ex inscitia, Rom. 10. 5. Gen. 6. 5. & 8. 21.

ἡμῖν διαφθορᾶς, οὕτως ἀμαθεῖς καὶ ἀσθενεῖς καὶ πονηροὶ πάντες πεφύκαμεν, ὥστε ἡμᾶς μήτε γινώσκειν τί ὁ νόμος κελεύει, μήτ' ἰσχύειν, μήτε θέλειν αὐτὸ ἀποτελεῖν. Εἰ καὶ γὰρ δυνατὸν ἦν ἴσως ἕνα τινὰ εὑρεῖν, ὃς τῶν ἔξωθεν ἕν τι τῶν ἐν τῷ νόμῳ κελευομένων πράσσειν ἱκανὸς ἂν ᾖ, ὅμως ἐκεῖνος ἄλλα πλεῖστα τοῦ ὀρθοῦ διαμαρτάνει, καὶ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς τὸ ἔνδοθεν ἐκείνης δικαιοσύνης καὶ ἀγνείας, ἣν ὁ νόμος ἀξιοῖ, συνεχῶς ἀποπλανᾶται. Διὸ δικαιωθῆναί τινα ἐκ τοῦ νόμου ἀδύνατόν ἐστιν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, ὃς καταψηφίζεται, καὶ ἀποστρέφεται, καὶ βδελύττεται πάντας, τοὺς μὴ ἅπαντα ἐν τῷ νόμῳ προσταττόμενα ποιοῦντας.

Δ. Ἆρα οὖν ὁ νόμος πάντας ἀνθρώπους ταύτῃ τῇ ἀθλιωτάτῃ καταστάσει περιβάλλει, ὥστε εἶναι ἔξω ἀπαλλαγῆς;

Μ. Τοὺς μὲν ἀπίστους καὶ ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων ὁ νόμος ἐν τούτῳ, ᾧ εἴρηκα, χώρῳ τάττει, πάσης ἀπεστερημένους ὅλως ἐλπίδος ἔσεσθαι πότε ἐν βελτίονι. οἵτινες ὥσπερ οὐ δύνανται οὐδὲ τοὐλάχιστον τοῦ νόμου μέρος ἐπιτελεῖν, οὕτω τῷ τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστὸν ἐλέῳ οὐ πεπίθασι· τοῖς δὲ εὐσεβέσι χρήσιμός ἐστιν ὁ νόμος πρὸς ἄλλα.

Δ. Ποῖα δὴ ἐστι ταῦτα;

Μ. Πρῶτον μὲν ὁ νόμος τελειότατον τοῦ βίου κανόνα πρὸ ὀμμάτων τιθέμενος, τὴν ἡμῶν ἐπιμέλειαν ἀναζωπυρεῖ, πρὸς τὸ ζῆν προσηκόντως αὐτῷ.

Δ. Τ

inscitia, debilitate, pravitate laboramus universi, ut officium jure divino debitum neque intelligamus, neque illi satisfacere aut valeamus, aut velimus. Tametsi enim inveniatur unus aliquis, qui in aliqua re una & altera externa legem observet, tamen is in multis aliis a recto discedit, & humanus animus ab illa justitia atque innocentia interiori, quam Lex requirit, perpetuò aberrat. Quamobrem nemo jure justus esse potest in conspectu Dei, qui de omnibus, qui non omnia, jure divino descripta exequuntur, sententiam fert, eósque detestatur, atque execratur.

Prov 20. 9. Rom. 7 14, 15. Gal 2. 16. Prov. 20 9. Deut. 17. 26. Gal. 3. 10. Iac. 2. 10. 11.

M. *Num igitur Lex cunctos omninò mortales miserrima hac conditione, sine ullo prorsus remedio astringit?*

*A.* Deo diffidentibus, & a religione pietatéque remotis, Lex hanc, quam memoravi, conditionem constituit, illis ab omni omninò spe derelictis: qui ut ne tenuissimam quidem particulam legis præstare possunt, ita nihil quicquam Dei misericordiæ per Christum confidunt. Piis verò Lex aliarum utilitatum fructus præbet.

Deut. 27. 26. Rom. 3. 10. &c. & 8. 7, 8. Ephes. 5. 5, 6. Iacob. 2. 10.

M. *Quinam illi sint dicito?*

*A.* Primùm omnium, Lex vitæ regulam perfectè absolutam nobis ante oculos proponens, diligentiam nostram excitat, ut mores nostros ad illam dirigamus.

Deut. 6. 6, 7. Iosu. 1. 7, 8. Psa. 1. 2. & 119. totum.

M. *Quid*

Δ. Τί πρὸς τούτοις;

Μ. Εἶτα ἡμεῖς τὸν νόμον ὁρῶντες μείζονα ἢ κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν ἀπαιτοῦντα, καὶ ἑαυτοῖς ἀδυνάτοις οὖσι τὰ προστατόμενα ποιεῖν συνειδότες, ἐπὶ τὴν βοήθειαν παρὰ Θεοῦ αἰτεῖν ἐντεῦθεν παρορμώμεθα.

Δ. Πρόϊθι δή.

Μ. Ἔπειτα δὲ ὅταν τὰς τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων κηλῖδας καὶ ῥυπαρείαν, ἐν τῷ νόμῳ οἱονεὶ ἐν κατόπτρῳ τινὶ, θεωρῶμεν, ὥσπερ χαλινοὺς ἡμῖν ἐμβάλλει, καὶ μὴ ἐᾷ ἡμᾶς ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ δικαιοσύνῃ μεγαφρονεῖν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ.

Δ. Ἄγε δή.

Μ. Ἐπειδὰν τῷ τῆς ἁμαρτίας, τουτέστι τῆς τοῦ θείου νόμου ὑπερβάσεως συνειδότι πιεζώμεθα, ὥστε μηδὲ ἐξάρνους εἶναι, καὶ εἰδῶμεν ὅτι ἕνεκα τῆς ἁμαρτίας ὁ Θεὸς βδελύττεται καὶ δεινῶς μισεῖ καὶ μέγιστα χαλεπαίνει πρὸς ἡμᾶς, καὶ ὅτι ὁ μισθὸς τῇ ἁμαρτίᾳ ὀφειλόμενός ἐστι, μὴ μόνον ἁπάσαις ταῖς συμφοραῖς καὶ ταλαιπωρίαις τῆς ζωῆς ταύτης, καὶ ταῖς νόσοις τε καὶ τῷ θανάτῳ τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ κατακρίσει καὶ ὀλέθρῳ αἰωνίῳ ἐνέχεσθαι ἡμᾶς· ὅταν ἐκ τοῦ νόμου γινώσκωμεν, ὅτι ἡμεῖς δι' ἁμαρτίαν εἰς ταύτην τὴν τάξιν καθέστημεν τῶν κατεγνωσμένων ἀνθρώπων, ἧς οὐδὲν ἄντις φρικτότερον ἐνθυμηθείη, εὐθὺς ὅλοι τῇ διανοίᾳ, καὶ ψυχῇ, καὶ καρδίᾳ, καὶ θυμῷ τρέμομεν καὶ κραδαινόμεθα, καὶ οὕτως ὁ νόμος σωτήριον γίνεται ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ

κατα-

M. *Quid prætereà?*

*A.* Secundò, quum legem, ultrà quam mortalium vires præstare possunt, requirere, nobísque potestatem tanti oneris sustinendi deesse animadvertimus, ad auxilium à Deo flagitandum Lege exuscitamur. Rom 3.19. & 7. 14, 15. 2 Cor. 3. 5. Psal. 119. 5. 12. 27, 28. 33, 34. &c.

M. *Perge.*

*A.* Porrò autem, quum turpitudinis nostræ labes atque fœditatem in Lege, ut in speculo, cernimus, tanquam frænos nobis injicit, reprimítque, ne integritate nostra confisi, superbos nos in conspectu Dei præbeamus. Rom. 3. 10, 11, 12. 19, 20 & 7. 7.

M. *Prosequere.*

*A.* Quando peccati, quod divinæ Legis est violatio, conscientia stimulamur atque convincimur, intelligimúsque nos per peccatum in execrationem, acerbissimum odium, gravissimámque divini numinis offensionem, atque indignationem incurrisse, mercedémque atque stipendium, quod peccatum meretur, esse, ut non solùm omnibus calamitatibus atque miseriis hujus vitæ, morbisque & morte corporis afficiamur, verum etiam ut damnatione atq; interitu sempiterno mulctemur: simul atque ex Lege agnoscimus nos per peccatum in hunc condemnatorum statum, quo nihil terrius cogitari potest, pervenisse, toto pectore, tota mente, toto corde, animóque cohorremus, & contremiscimus, atque ita, ut casum nostrum saluta- Prov. 20 9. 1 Ioan. 3. 4. Deut. 27. 26. Gal 3. 10. Rom 1. 18. & 2. 8 & 4. 15 & 6. 23. 2 Cor. 3. 7. 9. Ephes. 5. 5, 6. Rom. 3. 20, 21, 22. & 5, 15, 16. &c.

καταστάσει λύπην ἐμποιεῖ, καὶ μετάνοιαν συναπτίκτει, καὶ παρορμᾷ πρὸς τὸ αἰτεῖν καὶ προσδοκᾷν συγγνώμην τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ζωὴν αἰώνιον (ὧν οὐκ ἠδυνάμεθα ἐκ τοῦ νόμου τυγχάνειν) παρὰ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος μόνον, καὶ διὰ Χριστόν.

Δ. Τοιοῦτον οὖν ἐστὶν ὃ μοι δοκεῖς περὶ τοῦ νόμου διανοεῖσθαι, ὅτι δηλαδὴ οἱονεὶ παιδαγωγός τις καὶ ἡγεμὼν πρὸς Χριστὸν τυγχάνει ὤν, ὃς ἐκ γνώσεως ἑαυτῶν, καὶ μετανοίας, καὶ πίστεως, ἡμῖν τῆς εὐθείας ἡγεῖται ἐπ' αὐτὸν ὁδοῦ.

Μ. Οὕτως ἐστὶν ὅθεν καὶ δῆλον γένοιτ' ἂν, ὅτι ὁ νόμος οὐ ματαίως ἢ ἀνωφελῶς ἔκειτο, εἰ καὶ οἱ ἄνθρωποι τῇ δυνάμει τοῦ ποιεῖν τὰ περιεχόμενα ἐν αὐτῷ ἔργα πολὺ λίαν ἀπολείπονται.

Δ. Ἀληθῆ λέγεις. Νῦν ὦ φίλε παῖ, ἐπειδὴ τὰ περὶ τοῦ νόμου καὶ τῆς ὑπακοῆς ἀποχρώντως ἡμῖν, ὡς τύπῳ καὶ παχυλῶς τὸν λόγον ποιουμένοις, εἴρηται, καιρός ἐστιν ἤδη ἐν τοῖς ἑπομένοις λέγειν περὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ὃ περιλαμβάνει τὰς ἐπαγγελίας τῆς συγγνώμης τῶν εἰς τὸν νόμον πεπλημμελημένων, ἧς ὁ Θεὸς διὰ Χριστὸν νέμει παντὶ τῷ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μετανοοῦντι. πρὸς ὃ Εὐαγγέλιον ἡ πίστις μάλιστα ἀποβλέπει· τοῦτο γὰρ ἀρχόμενοι τῶν λόγων τὸ δεύτερον τῆς διαιρέσεως μέρος ἐποιησάμεθα, καὶ δεῦρο ἡ κατὰ τὸν ἐν τοῖς λεγομένοις εἱρμὸν ἀκολουθία καὶ τάξις ἡμᾶς οἱονεὶ ἐχειραγώγηκ-

salutariter doleamus, & ut nosmet nostri pœniteat. Lex efficit, impellítque ut peccatorum veniam, justitiam & vitam sempiternam (quæ ex Lege adipisci non possumus) a Christo servatore tantùm, & per Christum expetamus, atque expectemus. Gal. 2. 16.

M. *Legem igitur, quantum intelligo, tanquam magistram se, ducemque ad Christum præbere affirmas, quæ nos notitia nostri, pœnitentiáque & fide recta ad ipsum via perducat.* Rom. 10. 4. Gal 3. 10, 11. & 24.

*A.* Sanè ita est: simúlque ex his perspicuum est illud, legem non frustrà latam esse, tametsi mortales ab officii, quod Lex requirit, præstandi facultate longissimè absint. Rom. 3. 33. & 7. 12, 13, 16 Gal. 3. 20.

M. *Verum dicis. Nunc dilecte fili quando de Lege & obedientia satis, ut in hac contractione brevitatéque dictum sit, ratio flagitat, ut proximè dicatur de Euangelio, quod divinæ per Christum misericordiæ promissa eis, qui contra legem commiserunt, modò ipsos commissi pœniteat, facta complectitur, ad quod Euangelium fides præcipuè referenda est: hoc enim secundo loco in nostra distributione propositum fuit, & eorum quæ tractavimus continuatione, qua si manu, eò deducti sumus.*

γώγησιν. Εἰπὲ ἄρα τί ἦ τὸ τοῦ Εὐαγγελίου τε καὶ τῆς ἡμετέρας πίστεως κεφάλαιον.

Μ. Τὸ αὐτὸ ὅπερ τὰ ἐξαίρετα τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως μέλη, τὰ συντόμως πάλαι συνημμένα, καὶ εἰς ἓν συνηγμένα περιέχει.

Δ. Φράσον μοι τὴν πίστιν.

Μ. Πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς· καὶ εἰς Ιησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, κύριον ἡμῶν, συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου· γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου· παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου· σταυρωθέντα, θανόντα, καὶ ταφέντα· κατελθόντα εἰς ᾅδου· τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς παντοκράτορος· ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον. πιστεύω τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικὴν, ἁγίων κοινωνίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰώνιον. Αμήν.

Δ. Τὴν σύμπασαν ταύτην τῆς πίστεως ἐξομολόγησιν εἰς πόσα μέρη διαιρεῖς;

Μ. Εἰς τέσσαρα, τὰ μάλιστα λόγου ἄξια. ἐν τῷ πρώτῳ διασαφεῖται τὰ περὶ Θεοῦ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς τῶν πάντων κτίσεως. ἐν τῷ δευτέρῳ τὰ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ καὶ τῶν τῆς ἀνθρωπίνης ἀπολυτρώσεως κεφαλαίων ἔκθεσίς ἐστιν. ἐν τῷ τρίτῳ, τὰ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἐν τῷ τετάρτῳ τὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ

τῶν

*ſumus. Dic ergò quæ ſit Euangelii fideique noſtræ ſumma.*

*A.* Eadem illa, quæ Chriſtianæ fidei principes articulos unà olim arctè contractos, comprehendit: quàmque vulgus ex prima voce nominat *the Creed*, id eſt, fidem noſtram.

M. *Fidem tuam pronuncia.*

*A.* Credo in DEUM Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ: & in IESUM CHRISTUM, filium ejus unicum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt è SPIRITU ſancto, natus ex *Maria* virgine: paſſus ſub *Pontio pilato*, crucifixus, mortuus, & ſepultus: deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis: aſcendit ad cœlum, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, unde venturus eſt ad judicandum vivos & mortuos. Credo in SPIRITUM ſanctum, Sanctam eccleſiam Catholicam, ſanctorum Communionem, remiſsionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam. *Amen.*

M. *Vniverſam hanc fidei confeſsionem in quos membra diſpartiris?*

*A.* In quatuor principalia: in quorum primo, de Deo patre & rerum omnium creatione: in ſecundo, de ejus filio Ieſu Chriſto, quod & humanæ redemptionis ſummam omnem continet: in tertio, de ſacro Spiritu: in quarto, de Eccleſia, & de

τῶν χαρισμάτων, ὧν ὁ Θεὸς τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ Χριστοῦ ἔδωκεν.

Δ. Φέρε δή, ταύτῃ χρῶ τῇ τάξει ἐν τῷ διακρινῆσαι καὶ σκέψασθαι περὶ τῶν τεσσάρων τῶνδε μερῶν· καὶ πρῶτον εἰπὲ τί βούληται τοῦτο τὸ Πιστεύω, ὃ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ τῆς ἐξομολογήσεως Χριστιανικῆς εὑρίσκεται;

Μ. Διὰ τούτου δηλῶ, ὅτι τὴν ἀληθινὴν καὶ ζῶσαν, τουτέστι τὴν τῷ Χριστιανῷ προσήκουσαν πίστιν ἔχω εἰς Θεὸν τὸν πατέρα, καὶ εἰς Θεὸν τὸν υἱόν, καὶ εἰς Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα. καὶ ὅτι ταύτην τὴν πίστιν διὰ τούτου τῆς ἐξομολογήσεως τύπου ἐπαγγέλλομαι, καὶ βεβαιότητα ἐκμαρτυρῶ.

Δ. Εἰπέ μοι ὡς ἂν δύνῃ σαφέστατα τίς ἐστιν ἡ ζῶσα ἐκείνη καὶ ἀληθινὴ καὶ Χριστιανικὴ πίστις;

Μ. Η πίστις ἐστὶ τελεία πληροφορία καὶ γνῶσις τῆς πατρικῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ εὐνοίας, καὶ ἐλπὶς ἐπ' αὐτῇ, ὥσπερ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ μαρτυρεῖται, ἥτις ἐπιμέλειαν τοῦ εὐσεβῶς καὶ ὁσίως ζῆν, τουτέστιν ἀρεσκόντως τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, ἀεὶ συνεζευγμένην ἔχει.

Δ. Τοιοῦτον ἄρα νοῦν ἔχει ὃ λέγεις, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀσεβῶν, οἵτινες ἢ συγγνώμης τυχεῖν παρὰ Θεοῦ ἀπεγνώκασιν, ἢ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ μὴ φοβοῦνται, ἀλλὰ μοχθηρῶς ζῶντες ἐπ' ἀδικίαις διατελοῦσι, τὴν γνησίαν ταύτην καὶ Χριστιανικὴν πίστιν ἔχειν δύναται.

de Dei donis Ecclesiæ per Christum datis, explicatur.

M. *Age igitur, hunc ordinem in explanandis istis quatuor partibus conservato: principio verò* Credendi *verbum in primo Christianæ fidei introitu, quam vim habeat, expone.*

*A.* Hac voce significo, me veram atque vivam, hoc est, Christiani hominis fidem, in Deum patrem, Deum filium, & Deum spiritum sanctum habere, eámque me fidem, hac confessionis formula profiteri, firmissiméque asseverare.

Matth. 10. 32 & 28. 19. 45 Ioh. 1. 12, 13. Rom. 1. 17. & 10. 9. Gal. 3. 26. Heb. 4 14.

M. *Viva ea veráque & Christiana fides quæ sit, mihi quàm potes apertissimè declarato.*

*A.* Fides est certa cognitio, paternæ Dei erga nos per Christum benevolentiæ, fiduciáque in eadem, sicuti in Euangelio testatum est, quæ studium piæ vitæ, id est, Dei patris voluntati obsequendi semper conjunctum habet.

Ioh. 1. 12, 13. Rom. 8. 1. 14. 38, 39. Colos. 2. 2, 3. Heb. 10. 22, 23. & 11. 1. Psal. 1. 3. Matth. 7. 17, 18. & 13. 23. Gal. 5. 6. 1 Pet. 1. 13, 14, 15.

M. *Intelligis igitur, nullos impios, qui aut de Dei misericordia desperant, aut ejus justitiam non pertimescunt, sed vitam vitiosam animo securo vivunt, hanc veram Christianam fidem habere posse, tametsi ejus verba pronuntient?*

*A.* Ita

Μ. Παντάπασι μὲν οὖν.

Δ. Ὄντος μόνον ἑνὸς Θεοῦ, πῶς ἐν τῇ ἐξομολογήσει τῆς Χριστιανικῆς πίστεως τρεῖς ἠριθμήσας, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα;

Μ. Οὐκ ἔστι ταῦτα διάφορα πλειόνων ἑνὸς θεῶν ὀνόματα, ἀλλὰ τριῶν διωρισμένων ἐν μιᾷ θεότητι ὑποστάσεων προσηγορίαι. καὶ γὰρ Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς, καὶ Θεὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις εἰσὶ, καὶ εἷς Θεὸς μόνος, καθὼς παρὰ τῶν θείων ἐδιδάχθημεν λογίων, οἷς προθύμως πιστεύειν προσήκει μᾶλλον, ἢ τὸ ἄπειρον βάθος τοῦ ἀπορρήτου τούτου καὶ κρυπτοῦ μυστηρίου πολυπραγμονεῖν ἐρευνῶντας.

Δ. Ἀληθέστατα λέγεις. φέρε δὴ, διὰ τί τὸν Θεὸν τῷ τοῦ πατρὸς ὀνόματι προσαγορεύεις;

Μ. Πρώτως μὲν καὶ κυρίως ὅτι τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ φύσει πατήρ ἐστιν· εἶτα ὅτι καὶ ἡμέτερος πατὴρ τυγχάνει ὢν, μὴ μόνον πλάσας ἡμᾶς καὶ ζωὴν ἅπασι χαρισάμενος, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς θεϊκῶς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πάλιν γεννήσας, καὶ διὰ τῆς ἐπὶ τῷ ἀληθινῷ καὶ φυσικῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ πίστεως ἡμᾶς ἐκλεξάμενος, καὶ δι' ἐκείνου παῖδας ἑαυτῷ ποιησάμενος, καὶ τῆς οὐρανίου βασιλείας τε καὶ ζωῆς αἰωνίου κληρονόμους καταστήσας.

Δ. Τίνος ἕνεκα τὸν Θεὸν καλεῖς παντοκράτορα;

Μ. Ὅτι

*A.* Ita omnino intellexi.

M. *Quum non nisi unus sit Deus, dic mihi quare in Christianæ fidei confeßione tres nominentur,* PATER, FILIUS, ET SPIRITUS SANCTUS.

*A.* Non variorum deorum hæc sunt nomina, sed trium diversarum in una divinitate personarum. Nam DEUS PATER, DEUS FILIUS, ET DEUS SPIRITUS SANCTUS, tres personæ, unus tantùm Deus sunt, sicuti edocti sumus ex sacris literis, quibus promptam potiùs fidem adjungere, quàm tam penitùs reconditi & abditi mysterii infinitam altitudinem curiosè scrutari debemus.

Matth 3. 16, 17 & 28. 19. 1 Ioh. 5. 7. Ioh. 10. 30. & 14. 7, 8, 9, 10, 11. 1 Cor. 8. 5, 6. Prov. 25. 26.

M. *Verißimè loqueris: perge porrò quamobrem* DEUM PATRIS *nomine nuncupas?*

*A.* Primùm omnium, maximéque, quòd unici filii Iesu Christi natura pater sit. Deindè quòd noster etiam sit pater, tum quia nos condidit, omnibúsque vitam dedit: tum etiam quòd nos iterum divinè per spiritum sanctum generavit, & per fidem in verum suum atque naturalem filium Iesum Christum nos elegit, sibique filios & regni cœlestis, atque sempiternæ vitæ hæredes, per eundem instituit.

Psal. 2. 7. Matth. 3. 17. Ioh. 1 14. Rom. 15. 6. 2 Cor. 1. 3. Gen 1 27. Malac. 1. 6. & 2. 10. Ioh. 1. 12. & 3. 3, 5. Rom. 8. 15, 16, 17. Gal. 4. 5, 6. Ephes. 1. 5, 6. Tit 3. 7. 1 Pet. 1. 3, 4. 23.

M. *Cur* DEUM OMNIPOTENTEM *appellas?*

Μ. Ὅτι καὶ πάντα πρῶτον ἔκτισε, καὶ πάντα διοικῶν καὶ κυβερνῶν διατελεῖ, ὡς ἂν αὐτῷ βουλομένῳ ᾖ.

Δ. Μῶν τὰ πνεύματα πονηρὰ καὶ οἱ ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων τῷ τοῦ Θεοῦ κράτει συνέχονται;

Μ. Ἄλλως μὲν οὐδέποτε μεριμνῶντες καὶ φοβούμενοι παυσαίμεθ' ἄν, εἴ τινα εἶχον ἐξουσίαν βλάπτειν ἡμᾶς ἄκοντος τοῦ Θεοῦ· τοῦτο δὲ μεγίστην ἡμῖν παραμυθίαν φέρει, ὅταν ἐνθυμώμεθα ὅτι μήτε οἱ δαίμονες, μήτε οἱ μιαρώτατοι τῶν ἀνθρώπων ποιεῖν τι ὅλως δύνανται εἰ μὴ κελεύσαντος ἢ ἐάσαντος τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἡμεῖς κηδεμόνα καὶ φύλακα τῆς ἡμῶν σωτηρίας κεκτήμεθα τὸν πάντων ἐγκρατῆ πατέρα, ὥστε μηδὲ τρίχα μίαν ἀπὸ κεφαλῆς εἰς γῆν πεσεῖν δύνασθαι, εἰ μὴ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ οὕτως εὐνοϊκῶς πρὸς ἡμᾶς ἔχοντος Θεοῦ.

Δ. Διὰ τί ἐπιφέρεται τό, Θεὸν εἶναι τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς κτίστην.

Μ. Ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ σοφίαν, καὶ ἀγαθοσύνην, (ὧν οὐ δυνάμεθα ἐξ ἑαυτῶν τὴν ἔννοιαν λαβεῖν) ἐν τοῖς κτίσμασιν αὐτοῦ, ὥσπερ ἐν κατόπτροις, θεᾶσθαι ἔξεστιν. ὅταν γὰρ τὸ ἄπειρον ἐκεῖνο τοῦ κόσμου μέγεθος θεωρῶμεν, καὶ τοιαύτην εἶναι τῶν ὅλων σύστασιν ἐννοῶμεν, οἵαν μηδὲ εὐπρεπεστέραν πρὸς ὄψιν, μηδὲ πρὸς πάσας χρείας ὠφελιμωτέραν εἶναι δύνασθαι, εὐθὺς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ δημιουργοῦ καὶ ποιητοῦ

δύναμιν

*A.* Quòd & fabricatus est omnia & omnes res ex sua voluntate moderandi summam potestatem habet. Esa. 40. 21, 22 &c. Matth. 5. 45. & 10. 29. Ephes. 1. 11. Heb. 1, 2, 3.

M. *Spiritúsne etiam malitiosi impiique homines in Dei potestate continentur?*

*A.* Nunquam alioquin sine summa sollicitudine essemus, si quam illi lædendi nos facultatem, contra divinam voluntatem haberent. Verùm ea consolatione sustentamur, quòd neque dæmones, neque conscelceratissimi homines, nihil quicquam, nisi Dei arbitratu vel permissione tentare omninò valeant, quódque nos adeò in tutela patris omnium rerum præpotentis sumus, ut ne ullus quidem capitis nostri pilus, nisi ipsius voluntate, qui nobis optimè vult, in terram decidere possit. Ioh. 1. 10, 11, 12. Matth. 8. 31, 32. Luc. 22. 31, 32. Ioh. 10. 28, 29. & 19. 10, 11. Act. 2. 23, 24. & 4. 27, 28. & 12. 11. Luc. 12. 7. & 21. 18.

M. *Cur adjungitur* DEUM COELI ET TERRÆ CREATOREM ESSE?

*A.* Quòd divinam potentiam, sapientiam atque bonitatem, (quæ per se intelligentia comprehendi non possunt) in ejus operibus, ut in speculis, intueri liceat. Nam quum immensam illam mundi magnitudinem contuemur, eámque esse partium omnium constitutionem, ut neq; ad aspectum magis decoræ, neque magis ad utilitates omnes accommodatæ excogitari possent, artificis illicò effectorisque Psal. 19. 1. & 50. 6. Rom. 1. 19, 20

δυνάμιν τε καὶ σοφίαν, καὶ χρηστότητα ἐνθυμέμεθα καὶ λογιζόμεθα.

Δ. Πῶς φὴς ὑπὸ Θεοῦ ἐκτίσθαι πάντα;

Μ. Θεὸν τὸν πατέρα ἄριστον καὶ μέγιστον ὄντα ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐξ οὐδενὸς, διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ λόγου αὐτοῦ, ἤγουν Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ ὑιοῦ αὐτοῦ, τὸν σύμπαντα τοῦτον ὁρατὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ὑπάρχοντα, καὶ τὰ πνεύματα ὁμοίως ἀσώματα, ἃ καλοῦμεν ἀγγέλους, δεδημιουργηκέναι καὶ ἐκτικέναι.

Δ. Πότερον ὀρθῶς ἀποφαίνεσθαι νομίζεις, τοὺς πάντα τὰ πνεύματα, καὶ τὰ πονηρὰ αὐτὰ, ἃ διαβόλους καὶ δαίμονας ὀνομάζομεν, ὑπὸ Θεοῦ πεποιῆσθαι λέγοντας;

Μ. Ο Θεὸς οὐκ ἐποίησεν αὐτοὺς πονηροὺς ὄντας, ἀλλ' ἐκεῖνοι τῆς οἰκείας φύσεως ἰδίᾳ αὐτῶν κακίᾳ ἀγνώμονοι ἀπέστησαν, πᾶσαν ἀπολέσαντες ἐλπίδα τοῦ ἀναλαβεῖν αὐτήν· ὥστε οὐ κτίσει ἢ φύσει, ἀλλὰ διαφθορᾷ τῆς φύσεως κακοὶ ἐγένοντο.

Δ Πότερον δὲ ὁ Θεὸς ἀγαπήσας τὰ πάντα ἅπαξ ἐκτικέναι, πᾶσαν ἔπειτα τὴν αὐτῶν ἐπιμέλειαν ἀπέβαλεν;

Μ. Μηδαμῶς· ὁ Θεὸς γὰρ ἅπαντα ποιήσας, ταῦτα καὶ σώζει καὶ κυβερνᾷ, ἐπεὶ καὶ ἄλλως εἰς οὐδὲν μεταπεσεῖν ἀνάγκη ἦν

Δ. Πρὸς ποῖον τέλος ἀποβλέψαντα

infinita potentia, ſapientia, bonitas nobis ante oculos mentis obverſantur.

M. *Qua ratione univerſa à Deo condita eſſe affirmas?*

*A*. Deum patrem Opt. Max. à principio, & ex nihilo, per potentiam ſui verbi, hoc eſt, Ieſu Chriſti filii ſui totum hunc ſpectabilem mundum, & univerſa in eo incluſa, atque ſpiritus etiam corporis expertes (quos nuncupamus Angelos) fabricatum eſſe & conſtruxiſſe. Gen. 1. 1. &c. Pſal. 33. 6, 7. & 89. 11. Ioh. 1. 3. Act. 14. 15. 1 Cor. 8. 6. Heb. 1. 2. Coloſ. 1. 16.

M. *Num cenſes tamen ſatis piè aſſeverari, Deum ſpiritus omnes, malitioſos etiam eos, (qui a nobis Diaboli nominantur) feciſſe?*

*A*. Deus illos tales non effecit, verùm illi à prima creatione, ſuo ipſorum vitio, omni reſtitutionis ſpe perdita, defecerunt: proinde non creatione & natura, ſed naturæ corruptela depravati ſunt. Gen. 1. 31. Ioh. 8. 44. Iud. 6.

M. *Satiſne Deo fuit cuncta ſemel creâſſe, poſteà verò omni rerum curatione vacâſſe?*

*A*. Nequaquam. Deus enim ut omnia fecit, ita omnia fulcit, & moderatur, alioqui univerſa in nihilum ſubitò occiderent. Pſal. 75. 3. & 104. 8, 9. &c. & 145. 14, 15 & 147. 5, 6. &c. Col. 1. 16, 17. Heb. 1. 2, 3.

M. *Quem ſibi finem Deum Opt. Max.*

τὸν Θεὸν πεπλακέναι πρῶτον, καὶ νῦν διέπειν τὰ σύμπαντα νομίζεις;

Μ. Ο κόσμος ἕνεκα τῶν ἀνθρώπων ἐδημιουργήθη, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα ηὐτρεπίσθη πρὸς τὸ ὠφέλιμα καὶ λυσιτελῆ εἶναι τοῖς ἀνθρώποις· καὶ ὥσπερ ὁ Θεὸς τὰ λοιπὰ πάντα τῶν ἀνθρώπων χάριν ἐποίησεν, οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν δι' ἐκεῖνο ἔπλασεν, ἵνα ὑπ' αὐτοῦ δοξασθῇ.

Δ. Τὸν τρόπον διασάφησον πῶς ὁ ἄνθρωπος τὸ κατ' ἀρχὰς ἐκτίσθη καὶ ἐποιήθη.

Μ. Ο Θεός, ὥσπερ ἰδεῖν ἐστὶν ἐξ ὧν ὁ Μωσῆς καλλίστε συγγραμμάτων, τὸν πρωτοπλάστω, ὃν ἐκ πηλίνης ἐποίησεν ὕλης, ψυχὴν καὶ ζωὴν ἐνέπνευσεν· ἔπειτα δὲ τὴν γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ ἀνδρὸς εἰς ὕπνον βαπένιος λαβών, καὶ εἰς φῶς ἄγων τῷ ἀνδρὶ συνῆψεν, ἵνα βοηθὸς αὐτῷ καὶ σύζυγος ἐν τῷ βίῳ γένηται.

Δ. Εξὸν δὲ νῦν μοχθηρίαν καὶ κακίαν καὶ διαφθορὰν οὕτω περιττὴν ἐν ἀμφοτέροις, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶν ὁρᾶν ἰδεῖν, μῶν αὐτοὺς ὁ Θεὸς τοιούτους κατ' ἀρχὰς ἐποίησεν;

Μ. Ηκιστά γε· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ὁ τελειότατα ἀγαθὸς ὑπάρχων οὐδὲν ποιεῖν τὸ μὴ ἀγαθὸν ὂν δύναται. ὁ Θεὸς οὖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὴν ἰδίαν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἔπλασεν ἐν ἀρχῇ.

Δ. Ποία δὲ ἡ εἰκών ἐστι, πρὸς ἣν φῂς τὸν ἄνθρωπον πεποιῆσθαι;

Μ. Δικαιοσύνη πάντη παντὸς ἐντελεστά.

*in condendis gubernandisque rebus omnibus proposuisse putas?*

*A.* Hominum gratia fabricatus est mundus, & quæ in eo continentur cuncta comparata sunt, ut utilitati commodisque humanis servirent. Et ut cætera universa humani generis causa, ita hominem ipsum Deus, ad suam propriè gloriam fecit. Gen. 1. 26, 29 Psal. 8. 6, 7. & 104. 14, 15. &c. Prov. 16. 4. Esa. 43. 7. Rom. 11. 36. Colos. 1. 16.

M. *Edissere quis primus fuerit hominis ortus atque fabricatio.*

*A.* Deus ut a Mose in scriptis relictum est, primo homini è limo terræ formato, animam atq; vitam inspiravit: fœminam exinde deductam ex viri somno consopiti latere, & in lucem editam, cum viro sociavit, ut adjutrix, vitæque illi consors esset. Gen. 1. 25. & 2. 7, 8. 20. 21. 13.

M. *Cùm in viris simul & fœminis pravitas, nequitia, distortióque adeò summa nunc appareat, num à principio Deus eos ejusmodi fabricavit?*

*A.* Minimè omnium: Nam Deus perfectissimè bonus nihil aliud quàm bonum facere potest. Deus igitur ad suam imaginem similitudinémque hominem initio formavit. Gen. 1. 26, 27 31. Colos. 3. 10.

M. *Quænam est illa imago, secundum quam hominem factum esse dicis?*

*A.* Ea est justitia omni ex parte per- Deut. 32. 3, 4.

λεστάτη, καὶ ὑπερβάλλουσα ἁγνεία, ἥτις τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει ἰδίας προσήκει· καὶ αὕτη μὲν τῷ ἀνθρώπῳ πρὸς Θεὸν ὁμοιότης ὑπῆρξεν, ἄχρις οὗ ὁ ἄνθρωπος τῷ τῆς ἁμαρτίας σπίλῳ ἐμίηνεν αὐτήν.

Δ. Εἰπὲ ὃν τρόπον τοῦτο συνέβη γενέσθαι;

Μ. Ἡ γυνὴ ὑπὸ τοῦ Διαβόλου ἐξαπατωμένη καὶ γοητευομένη, ἔπεισε τὸν ἄνδρα τοῦ καρποῦ γεύσασθαι, οὗ ὁ Θεὸς ἀπηγορεύκοι μὴ ἅπτεσθαι. ὅθεν ἡ εἰκὼν αὐτή, πρὸς ἣν ἐκτίσθησαν, ἐξηλείφθη καὶ ἠφανίσθη, καὶ αὐτοί τε καὶ πάντες οἱ ἀπόγονοι ἐχθροὶ τῷ Θεῷ, καὶ πονηροί, καὶ πρὸς πᾶν ἀγαθὸν ἀδυνεῖς γενόμενοι, οὐ μόνον παντοδαπαῖς τοῦ βίου τούτου συμφοραῖς, καὶ νοσήμασι, καὶ θανάτῳ περιπεπτώκασιν, ἀλλὰ καὶ αἰωνίῳ ἀπωλείᾳ καὶ κατακρίσει ἔνοχοι κατέστησαν.

Δ. Ἀλλ' ὁ Θεὸς τὸν ἑνὸς μόνου μήλου γευσάμενον ἄνθρωπον ἄγαν τιμωρήσασθαι νομίζοιτο ἄν, ἢ οὔ;

Μ. Ἀπόσχωνται πάντες ἀπολόγημα ποιεῖσθαι τοῦ μύσους ἐκείνου, τὸ ἐλαφρὸν καὶ σμικρὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε τῷ καρπῷ μόνον καὶ τῇ ἄγαν γαστριμαργίᾳ ἀνακρινέτωσαν τὸ πρᾶγμα. ὁ ἀνὴρ γὰρ ἅμα τῇ γυναικὶ ταῖς ἀπατηλαῖς τοῦ Σατανᾶ τερθρείαις πεισθεὶς καὶ δελεασθεὶς ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ Θεοῦ πρὸς ψεῦδος ἄπιστος ἀπεστρέψατο, οἷς τὸν Θεὸν ὁ ὄφις διέβαλεν, ὡς ψεύστην καὶ βάσκανον ὄντα, καὶ ἀγαθοῦ τινος αὐτὸν ἀποστεροῦντα

ἀδίκως

fecta, summáque sanctitas quæ ad ipsam divinam naturam propriè pertinet, quæ homini.cum Deo similitudo usque eò fuit, quoad eam homo peccatorum maculis fœdavit. Rom. 6. 14. Colos. 3. 10. 1 Ioh. 1. 5. & 2.29.& 3.3 Sap. 1. 13,14. &c.

M. *Qua ratione istuc factum esse dicis?*

*A.* Fœmina à Diabolo circumventa, virum impulit ut fructum quo illi à Deo interdictum fuerat, comederet: quo illorum facto imago, secundum quam creati sunt, est obliterata: & cum ipsi, tum ipsorum posteri, Deo adversarii, perversi, imbecilléque ad omne bonum effecti, non in omnes solùm vitæ hujus miserias, corporis morbos, atque mortem, sed & interitum etiam sempiternum, perpetuámque damnationem inciderunt. Gen. 3. 1,2. &c. Sap 1. 13,14. 1 Cor. 2. 14. Rom. 8. 7,8. 2 Cor. 3. 5. Rom. 6. 23. Ephes. 5. 5,6

M. *Vtrum tamen existimari non queat, graviter nimis Deum pomi unius gustatum vindicasse?*

*A.* Detestabile illud hominis facinus, quasi levis culpa fuerit, nemo verbis extenuare, aut ex pomo, & immoderata modò edacitate rem æstimare velit. Ipse enim pariter cum uxore sua fallacibus Satanæ blandimentis illectus illaqueatúsq; infidelis à Dei veritate ad vanitatem declinavit: falsis Serpentis criminationibus, quibus de mendacio, invidentia, & malevola commodi alicujus subductione Gen. 6. 3,4, 5,6. 11,12. Gen 1. 26,29 Psal. 8. 4,5.6. &c & 104. 14,15.

 Deum

ἀδίκως ἐπίστευσεν· ἀναρίθμητα εὐεργετούμενος ἀγαθά, εἰς τὸν εὐεργετοῦντα Θεὸν ἀχάριστος εὑρέθη· ἄνθρωπον δηλαδὴ ἐκ γῆς καὶ πηλοῦ πλασθὲν ἄρτι, οὐκ ἀγαπῶν τῷ Θεῷ ὅμοιον εἶναι, ἐξ ὑπερβαλλούσης τινὸς αὐθαδείας καὶ ἀλαζονείας ἴσον γενέσθαι τῇ τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητι ἐπόθησε: τὸ τελευταῖον τοῦ κτίσαντος αὐτὸν Θεοῦ ἀφηνίασε, καὶ τὸν ἐπικείμενον ὑπ' αὐτοῦ δουλείας ζυγὸν τῶν ἰδίων προπετῶς ἀπέρριψεν αὐχένων· ὥστε μάταιον ἂν εἴη ἐλαφρότερον διὰ λόγων ποιήσασθαι τὸ τοῦ Ἀδὰμ πλημμέλημα.

Δ. Πῶς δὲ οὐκ ἄδικόν ἐστι τοὺς ἐκγόνους σύμπαντας, ποιαύτης εὐδαιμονίας ἀπεστερημένους ἀνθ' ὧν οἱ γονεῖς ἠδικήκασιν, ἐσχάταις δυστυχίαις ἐνέχεσθαι;

Μ. Ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ ἐκείνοις τῆς τιμῆς χαρίσμασιν ἐκόσμησεν, ὅπως αὐτὸς ἐκεῖνα ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ γενήσεσθαι μέλλουσιν ἢ σώζῃ ἢ ἀποβάλλῃ. καὶ ὥσπερ πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶν τὰ πονηρὰ τῶν δένδρων καρπὸν ὡσαύτως πονηρὸν φέρειν, οὕτως ἐπεὶ ὁ Ἀδὰμ ὑφ' ἁμαρτίας διέφθαρτο, ἅπασαν αὐτοῦ γενεὰν τῇ συμφύτῳ ὀνομαζομένῃ ἁμαρτίᾳ μὴ λυμαίνεσθαι ἀμήχανον ἦν. εἰ καὶ τί δεῖ οὕτω δεινῶς ἐγκαλεῖν τῷ πρώτῳ γεννήτορι Ἀδὰμ, ὅταν καὶ αὐτοὶ διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας ἡμῶν κακίας συμπάσαις ταλαιπωρίαις, καὶ καλακίσει, καὶ θανάτῳ δικαιότατα κολαζόμεθα· ὧν κακῶν οὐδ' ἡμεῖς ἑαυτοὺς ἀπελάσειν οἷοί τ' ἐσμὲν.

Deum accusat, fidem adjunxit: innumerabilibus beneficiis ornatus, ingrato in Deum, qui ea contulit, animo fuit: homulus ex terra modò lutóque fictus, non satis esse putans, quòd similitudo illi cum Deo esset, per intolerandam insolentiam & arrogantiam exæquare se cum Divina majestate expetivit: postremò creatoris se ditioni subtraxit, jugum etiam ejus à suis cervicibus protervè repulit. Inaniter igitur Adæ maleficium minuitur. Gen. 1. 26, 27 Col. 3. 10. Oseæ 6. 7.

M. *Verùm cur ob parentum scelera posteri omnes de tam beato vitæ statu dejecti, in omnes calamitates inciderent?*

*A.* Deus Adamum illis honoris insignibus ornavit, ut ea cùm sibi tum suis, id est toti humano generi, aut servaret, aut amitteret. Neque aliter fieri potuit, quin sicut ex arbore mala mali fructus eduntur: ita Adamo peccati corruptela depravato omnis ejus progenies ingenito illo peccato (quod originale vocant) corrumperetur. Quanquam quid opus est tam graviter de parente Adamo conqueri? quando nos etiam ipsi ob plurima nostra maximáque vitia calamitatibus omnibus, damnatione, morte néque dignissimè mulctemur: à quibus malis ut liberemur, nihil in nobis, aut in Math 7. 18. & 12. 33. Rom. 5. 12. 14. 17. &c. Oseæ 6. 7. Rom. 6. 23. 2 Cor. 11 3. Ephes. 5. 5, 6.

οὔτ' ἄλλο τι τῶν κτισμάτων τοῦτο ποιεῖν ἠδύνατο.

Δ. Τίνα οὖν ὑπόλοιπον ἔχομεν ἐλπίδα καὶ παραμυθίαν καὶ ἐπὶ τίνι κειμένην;

Μ. Ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο τὸ σπέρμα τῆς γυναικὸς, δηλονότι Ἰησοῦν Χριστὸν τῆς Μαρίας τῆς παρθένου υἱὸν, τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄφεως, τουτέστι τοῦ ἠπατηκότος αὐτοὺς διαβόλου συγκλάσειν, καὶ αὐτούς τε καὶ τῶν ἀπογόνων, ὅσοι ἐπ' αὐτῷ ἐλπίζοιεν, ῥύσεσθαι. καὶ τοῦτο μέν ἐστι τὸ ἐν δευτέρῳ τοῦ Συμβόλου μέρει ἑπόμενον, Πιστεύω εἰς Ἰησοῦν Χριστόν.

Δ. Τί σημαίνει τὸ Ἰησοῦς;

Μ. Τὸ Ἰησοῦς οὐδέν ἐστιν ἄλλο ἢ Σωτήρ. Ἰησοῦς γὰρ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς παρθένου, ἡμᾶς ἁμαρτίαις πεφυρμένους, καὶ τῷ δουλείῳ τοῦ ἀρχαίου ὄφεως τοῦ Διαβόλου ζυγῷ κεκρατημένους, καὶ τοῖς τοῦ αἰωνίου θανάτου δεσμοῖς αἴσχιστα καὶ οἰκτρότατα περιβεβλημένους ἠλευθέρωσε, καὶ περιεποίησε.

Δ. Τίς αὐτὸν οὕτως προσηγόρευσεν;

Μ. Ὁ ἄγγελος προστάξαντος Θεοῦ.

Δ. Νῦν μοι βάνασον, τί τὸ Χριστοῦ ὄνομα βούλεται;

Μ. Χριστός ἐστιν, ὥσπερ ἐὰν κεχρισμένον αὐτὸν ἀποκαλῇς· ὅθεν γινώσκειν ἔχομεν, ὅτι ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος κεχρισμένος βασιλεύς τε μέγιστος, καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ προφήτης ἀνεδείχθη.

Δ. Μῶν γηΐνη ἐστὶν ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία;

Μ. Οὐκ

ulla alia creatura opis aut auxilii omnino supereſt.

M. *Quæ ſpes eſt igitur conſolatióque reliqua, & in quo ſita?*

*A.* Promiſit Deus fore, ut ſemen mulieris, qui eſt Ieſus Chriſtus Filius virginis Mariæ, Serpentis, hoc eſt, Diaboli qui eos decepit, caput contereret: ipſóſque atque eorum poſteros, qui promiſſo illi fidem haberent, liberaret. Atque hoc illud eſt, quod in ſecunda jam Symboli parte ſequitur: *Credo in Ieſum Chriſtum.*

Gen. 3. 14, 15. Rom 5. 15, 16. &c. Gal 3. 16, 17. Heb. 2. 14, 15, 16.

M. *Nomen* IESUS *quid ſignificat?*

*A.* Ieſus ſermone noſtro idem eſt, quod ſervator. Ieſus enim Chriſtus filius Dei, idémque virginis filius, nos qui ſcelere devincti, & ſub antiqui Serpentis Diaboli ſervili jugo captivi, ſempiternæque mortis vinculis conſtricti, turpiſſimè miſerriméq; jacebamus, in libertatem vindicavit, atque ad ſalutem reduxit.

Matth. 1. 21. Act 10. 38. Col. 1. 13, 14. Heb. 2 14, 15. 1 Ioh. 3. 8.

M. *Quis nomen* IESU *illi impoſuit?*

*A.* Angelus ex Dei ipſius præcepto.

Matth. 1. 21. Luc. 1. 31. & 2. 21.

M. *Explica nunc quid Chriſti nomen ſignificet?*

*A.* CHRISTUS idem eſt, atque ſi unctum appellares: quo nomine indicatur eum ſpiritus ſancti unctione maximum Regem, Sacerdotem, atque Prophetam creatum eſſe.

Pſal. 2. 6. Eſa. 61. 1. Dan. 9. 24, 25. Luc. 4. 18. Act. 4. 27. Act 10. 38. Heb. 1. 9.

M. *Chriſti regnum ne mundanum.*

*A.* Nequa-

Μ. Οὐκ: ἀλλὰ πνευματικὴ καὶ ἀθάνατος, κυβερνᾶται δὲ τῷ θείῳ λόγῳ καὶ πνεύματι, οἷς δικαιοσύνη καὶ ζωὴ συνέζευκται.

Δ. Τί ἡμᾶς ὠφελεῖ αὕτη ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία;

Μ. Ἰσχὺν ἡμῖν καὶ ὅπλα πνευματικὰ ὑπουργεῖ, δι' ὧν τῶν δεινῶν καὶ ὠμῶν ἀντιπάλων, τῆς σαρκὸς δηλαδή, καὶ τοῦ κόσμου, καὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ Διαβόλου κρατεῖν δυνάμεθα, καὶ ἱκανωτέρους ἡμᾶς ποιεῖ σπουδαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διάγειν.

Δ. Ποῖός τις ἱερεύς ἐστιν ὁ Χριστός;

Μ. Μέγιστος καὶ αἰώνιος, ὁ μόνος εἰς ὄψιν τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν, καὶ μόνος τὴν θυσίαν, ἣν ὁ Θεὸς ἀποδέχεται, θῦσαι, καὶ μόνος τὸν ὀργισθέντα Θεὸν πραΰναι δυνάμενος.

Δ. Τί τούτων ὄφελος ἡμῖν;

Μ. Αὐτὸς αἰτῶν καὶ ἐντυγχάνων τῷ Θεῷ, εὐμενῆ ἡμῖν καὶ ἵλεων τίθησιν αὐτὸν, τεθυμωμένον ἡμῖν τὸν Θεὸν ἐκπραΰνει, καὶ τῷ πατρὶ ἡμᾶς καταλλάττει. ὁ Χριστὸς γὰρ μόνος ἡμῖν διαλλακτὴς πρόκειται, ὁ τὴν εὔνοιαν τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἀνακτώμενος. Καὶ δὴ καὶ ἡμῖν τῆς τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ μετέδωκε, προσήλυσιν ἡμῖν πρὸς τὸν πατέρα ἐντρεπίσαι, ὥστε ἑαυτοὺς αὐτῷ μετ' ἀγαθῆς ἐλπίδος παραστῆσαι, καὶ αὐτούς τε καὶ τὰ ἡμέτερα πάντα εἰς θυσίαν προσενέγκαι Θεῷ τῷ πατρὶ δι' αὐτοῦ τιμὰν.

Δ. Οποῖος προφήτης ἐστὶν ὁ Χριστός;

*A.* Nequaquam: verùm spirituale & sempiternum, cujus regni gubernacula sunt Dei verbum, atque spiritus, quæ tum justitiam, tum vitam secum adferunt. Luc. 1. 32, 33. Ioh. 18. 36. Col. 1. 13, 14. 2 Tim. 4. 1.

M. *Quam nobis utilitatem præbet hoc Christi regnum?*

*A.* Vires nobis armáque spiritualia quibus atroces & truculentos animarum nostrarum hostes, Carnem, Mundum, Peccatum, Diabolum profligemus, adjumentáque ad vitam cum virtute & sanctitate degendam subministrat. Rom. 13. 12. &c. & 16. 20. 2 Cor. 10. 4, 5. Ephes. 6. 10, 11. &c.

M. *Cujusmodi sacerdos est Christus?*

*A.* Summus atque æternus: qui solus in conspectum Dei venire, solus sacrificium, quod Deo placeat satisfaciátque, conficere, solus iratum Deum placatum efficere potest. Psa. 110. 4, 5. Heb. 4. 14, 15. &c. & 5. 6, 7. & 7. 2, 3. 11. 2. &c. & 9. 13, 14.

M. *Cui nobis utilitati sunt ista?*

*A.* Nobis ut pacatus propitiúsque sit Deus, postulat & deprecatur, nobis offensum Deum lenit, nósque in gratiam cum patre reducit. Solus enim Christus pacificator nobis propositus est, qui nobis Dei gratiam reconciliet. Immò verò sacerdotii etiam sui nos quasi consortes esse voluit, nobis introitum ad patrem patefaciens, ut in illius præsentia cum spe summa comparere, nósque & nostra omnia veluti hostias ad sacrificium, Deo patri per ipsum præbere non dubitemus. Ioh. 14. 27. Act. 10. 36. Ephes. 2. 14, 15 &c. Colos. 1. 20. Heb. 9. 14, 15. 1 Tim. 2. 5. Rom. 8. 15. & 12. 1. Gal. 4. 5, 6. Ephes. 3. 12. Heb. 4. 15, 16.

M. *Qualis propheta est Christus?*

Μ. Ὅτι τῶν ἄλλων ἁπάντων προφητῶν καὶ διδασκάλων τῶν τοῦ Θεοῦ ὑπηρετῶν ὠλιγώρησαν καὶ μηδὲν ἐφρόντιζον οἱ ἄνθρωποι, Χριστὸς αὐτὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων τῶν προφητῶν κύριος ὤν, τοῦ πατρὸς ἑρμηνεὺς καὶ πρέσβεις ἐξ οὐρανοῦ πρὸς ἀνθρώπους κατέβη, ὅπως τὸ τοῦ πατρὸς θέλημα τελείως ἐξηγῆται, καὶ τὴν ὀρθὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πάσης ἀληθείας γνῶσιν ἡμᾶς παιδεύῃ. καὶ οὕτω τοῦτο τοὔνομα Χριστὸς τὰ τρία ἐκεῖνα ἔργα περιέχει, ἃ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐδέξατό τε καὶ ἐπλήρωσεν, ἵνα τῆς γινομένης ἐξ αὐτῶν ὠφελείας ἡμῖν μεταδῷ. ὁ υἱὸς γὰρ τοῦ Θεοῦ οὐ μόνον ὀνομάζεται τε καὶ ἀτεχνῶς ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τουτέστι Σωτὴρ, καὶ Βασιλεὺς, καὶ Ἱερεὺς, καὶ Προφήτης, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν καὶ εἰς ἡμετέραν ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν πιστὸς ὑπάρχει.

Δ. Πῶς δὲ Χριστὸν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ υἱὸν καλεῖς, εἰ πάντες οἱ εὐσεβεῖς υἱοὶ Θεοῦ προσαγορεύονται;

Μ. Ὅτι μόνος Χριστὸς φυσικῶς τοῦ Θεοῦ υἱὸς καὶ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος τυγχάνει ὤν· ἡμεῖς γὰρ τοῦ παλαιοῦ Ἀδὰμ υἱοὶ ὄντες φύσει, χάριτι καὶ εὐνοίᾳ, ἣν δι' Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἔχων πρὸς ἡμᾶς διατελεῖ, παῖδες εἰσεποιήθημεν τῷ Θεῷ.

Δ. Διὰ τί καλεῖς Χριστὸν τὸν κύριον ἡμέτερον;

Μ. Ὅτι ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ πάντων συλλήβδην τῶν ὄντων αὐτὸς ὑπὸ

τοῦ

*A.* Quum reliquos omnes prophetas atque doctores Dei servos despicerent mortales, Christus ipse Dei filius, & prophetarum omnium dominus, patris interpres & nuncius de coelo ad homines descendit, ut paternam voluntatem planè explicaret, mortalésque recta Dei atque omnis veritatis intelligentia informaret. Atque ita Christi nomine tria illa officia comprehenduntur, quæ Dei filius sibi à patre delata persolvit, ut omnis eorum fructus nos secum participes faceret. Filius enim Dei non solùm nominatur, & est revera IESUS CHRISTUS, hoc est, Servator, Rex, Sacerdos, Propheta, sed & nobis ita est, ad nostrámque utilitatem atque salutem.

Luc. 7. 16. Act. 7. 37. Heb. 1. 1,2. Ioh 8. 26. 40. & 15. 15. & 17.6. &c. & 18. 37.

M. *Qua ratione Christum filium Dei unicum profiteris, quando qui pii sunt, omnes filii Dei vocentur?*

*A.* Quòd solus Christus naturalis Dei filius, ejusdémque sit cum patre substantiæ. Nos verò quum natura Adami veteris filii simus, gratia tamen benevolentiáque, qua nos per Christum servatorem nostrum prosequitur, filii Dei adoptamur.

Matth. 2.15. & 3 17 Ioh. 1 14 34. & 14. 10, 11. Heb. 1. 2, 3. & 5. 5. Rom. 8 14,15 Gal. 4. 4, 5. Ephes. 1. 5. 1 Ioh. 3. 1.

M. *Quam ob causam Christum Dominum nostrum nuncupas?*

*A.* Propterea quòd Angelorum, hominum, rerúmque omnium dominatus sit illi

Matth. 9.6. & 10.1. & 21.18. & 28. 18.

τοῦ πατρὸς πεπίστευται τὸ κράτος· καὶ ὅτι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ τε καὶ ἐπὶ τῆς γῆς τῇ ἰδίᾳ βουλῇ καὶ δυνάμει κυβερνᾷ καὶ διέπει.

Δ. Μῶν τι λείπεται;

Μ. Αὕτη ἡ ἔννοια πάντας τοὺς εὐσεβεῖς νουθετεῖ, μὴ δεῖν αὐτοὺς οὕτω ζῆν ὡς ἂν αὐτοῖς δοκῇ, ἀλλὰ σώματά τε καὶ ψυχάς, καὶ ἐν ζωῇ καὶ ἐν θανάτῳ τῷ τοῦ δεσπότου βουλήματι παντελῶς προσεκτέον εἶναι, καὶ αὐτῷ ἐπὶ πᾶσι πειθαρχεῖν, καὶ πιστῶς δουλεύειν.

Δ. Τί τούτοις ἑπόμενόν ἐστι;

Μ. Δηλοῦται πῶς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν προσλαβόμενος πάντα διεπράξατο, ὅσα τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ ἀναγκαῖα ἦν.

Δ. Ἆρ' ἦν ἀνάγκη τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν ἄνθρωπον γεγονέναι;

Μ. Παντάπασι μὲν οὖν· ὃ γὰρ ὑπὸ ἀνθρώπου εἰς τὸν Θεὸν ἐπλημμελήθη, τούτου δίκην ὑπέχειν καὶ ἔκτισιν ποιεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἔδει αὐτὸν κολαζόμενον· τοῦτο δὲ τὸ ἔργον ἁπάντων ὂν χαλεπώτατον μόνος ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς Θεὸς ἅμα καὶ ἄνθρωπος ὑπάρχων ἐπιτήδειος ἦν ἀποτελεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον ἦν ἄλλον μεσίτην εὑρεῖν, ὃς εἰρήνην ἡμῖν καὶ συγγνώμην ἀνακτήσαιτο ἄν, εἰ μὴ ὁ θεάνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός.

Δ. Τί τὸ μετὰ ταῦτα;

Μ. Συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου.

Δ.

illi à patre traditus: quódque suo arbitratu atque potentia regnum Dei tum in cœlo tum in terra moderetur. Luc. 1. 32, 33. Ephes. 1. 20, 21. &c.

M. *Num quidnam restat?*

*A.* Hac cogitatione commonefiunt pii omnes non ad suum sibi arbitrium vivere licere: verùm oportere eos corporibus simul & animis, in vita pariter atque in morte, totos sese ad Domini sui nutum accommodare, ipsíqué in rebus omnibus obtemperare, & fideliter inservire. Deut. 10. 12. 20. Malach. 1. 6. Luc. 9. 23, 24. & 14. 26, 27. Heb. 2. 5. 6. &c. 9. 10.

M. *Quid tum inde?*

*A.* Declaratur quemadmodum naturam humanam susceperit, cunctáq; perfecerit, quæ saluti nostræ opus erant.

M. *Eratne ergo necessarium filium Dei hominem esse?*

*A.* Maximè: nam quod homo in Deum nefariè commisit, id hominis etiam supplicio luendum erat atque expiandum: quod onus longè gravissimum solus IESUS CHRISTUS idem Deus & idem homo, suscipere poterat: quin nec potuit alius mediator inveniri, qui à Deo pacem atque veniam hominibus impetraret, nisi Deus simul & homo Iesus Christus. Math. 8. 17. & 17. 22, 23. & 20. 18, 19. Ioh. 1. 14. & 11. 50, 51. Rom. 5. 15. &c. 1 Cor. 15. 21, 22. Phil. 2. 6, 7. &c. Heb. 2. 9. 1 Tim. 2. 5. Heb. 9. 14, 15 & 9. 14 1 Pet. 2. 21, 24

M. *Quid deindè sequitur?*

*A.* Christum è spiritu sancto conceptum, ex Maria virgine natum esse.

M. *Quam-*

Δ. Διὰ τί οὐκ ἐγεννήθη τὸν πᾶσιν ἀνθρώποις κοινὸν τρόπον, καὶ κατὰ φύσιν;

Μ. Ὅτι τὸν μέλλοντα τὰς τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν κηλῖδας ἐξαλείψειν, πάσης ἁμαρτίας αὐτὸν παντελῶς καθαρεύειν προσῆκον ἦν. διὰ ταύτην οὖν αἰτίαν ὁ ἁγνότατος ἐκεῖνος τοῦ Θεοῦ ἀμνὸς Ἰησοῦς Χριστὸς τῇ θαυμαστῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμει ἐξ ἁγνῆς παρθένου Μαρίας παντὸς τῆς ἁμαρτίας μολυσμοῦ καθαρὸς ἂν συνελήφθη καὶ ἐτέχθη.

Δ. Τίνος χάριν τὸ τῆς παρθένου Μαρίας ὄνομα δηλοῦται;

Μ. Ἵνα γνῶμεν ὅτι Χριστὸς τὸ ἀληθινόν ἐστιν ἐκεῖνο τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ σπέρμα, ὃ διὰ χρησμῶν, ὧν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, οἱ προφῆται γενήσεσθαι προήγγειλαν. Μαρία γὰρ ἡ παρθένος ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ γενεαλογεῖται, ἀνιούσης κατ᾽ εὐθεῖαν τῆς γενεαλογίας.

Δ. Λέγε νῦν τὰ τούτοις ἑπόμενα.

Μ. Παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, θανόντα, καὶ ταφέντα.

Δ. Διὰ τί τὸ Σύμβολον τὸν ὅλον τοῦ Χριστοῦ βίον σιγῇ ἐῶν, ἀπὸ τῆς γενέσεως εὐθὺς ἐπὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ μεταφέρεται;

Μ. Ὅτι τὸ σύμβολον τῶν κορυφαίων μόνον ἐμνήσθη τῆς ἡμετέρας ἀπολυτρώσεως κεφαλαίων, καὶ τῶν οὕτω συνεζευγμένων αὐτῇ, ὥστε τὴν ὅλην αὐτοῦ ἐνέργειαν περιέχειν.

Δ. Ὀλίγῳ δὲ σαφέστερον εἰπὲ πῶς ὁ Χριστὸς ἐθανατώθη.

M. *Quamobrem vulgari hominum consuetudine naturaliterq; generatus non est?*

*A.* Propterea quod per quem peccatorum nostrorum maculæ erant delendæ, cum ab omni omninò peccato integrum conservari par erat. Ob eam igitur ipsam causam castissimus ille agnus Dei Iesus Christus admirabili spiritus sancti virtute, ex incorrupta virgine Maria purus ab omni peccati labe conceptus, atque natus est. Ioh. 1. 19. 36. 1 Cor. 7. 7, 8. Heb. 4. 15. & 9. 14. Matth. 1. 23. Luc. 1. 31, 35.

M. *Quare virginis Mariæ nomen commemoratur?*

*A.* Vt agnoscamus Christum esse verum illud semen Abrahæ atque Davidis, de quo prophetæ oraculis instinctu divino editis prænunciarunt atque præmonuerunt: ex Abrahami enim & Davidis stirpe Maria virgo directo est ordine procreata. Gen. 22. 18. Esa. 11. 1. Matth. 1. 1. &c & 22. 42. Rom. 1. 2.

M. *Reliqua ut instituisti, deinceps persequere.*

*A.* Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.

M. *Verùm cur Symbolum, Christi vita silentio præterita, protinùs ab ejus ortu ad mortem transit?*

*A.* Quòd in Symbolo summa solùm redemptionis nostræ capita memorentur: quæque illi à Deò sunt peculiaria, ut illius vim omnem in se inclusam teneant. Esa. 53. Act. 13. 23, 27. &c.

M. *Mortis ejus rationem paulò adhuc apertiùs explicato.*

*A.* A dis-

Μ. Ὑπὸ τοῦ μαθητοῦ Ἰούδα, ἀργυρίῳ καὶ μισθῷ εἰς τοῦτο πεισθέντος, ἀπίστως προεδόθη, ὑπὸ τῶν ἄλλων μαθητῶν ἔρημος κατελείφθη, τοῦ Πέτρου καὶ ἐξομοσαμένου μὴ οὐκ εἰδέναι, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ψευδῆ κατηγορήθη, ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου τοῦ προστάτου Ῥωμαίου ὄντος κατεκρίθη, κολάφοις καὶ ἱμᾶσιν ἐμαστιγώθη, πλεκταῖς ἀκάνθαις ἐστεφανώθη, ἱμάτιον πορφυροῦν περιεβλήθη, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πάμπολλα ἑαυτοῦ ἀνάξια καὶ δεινὰ πέπονθε, καὶ ἐνεπαίχθη, καὶ τέλος τὸν σταυρὸν αἰρόμενος, ἐκτὸς τῆς πόλεως ἐπὶ τόπον τὸν καλούμενον Κράνιον ἀπήχθη, ἵνα τῇ ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ κολασθῇ, οὗ ἐν μέσῳ δύο λῃστῶν ξύλῳ προσηλώθη ἀτιμότατα, καὶ πᾶσαν αἰκίαν αἰκισθεὶς θάνατον ὑπέμεινεν ὠμότατον καὶ ἀδοξότατον· τῇ ψυχῇ δὲ μεταξὺ ταῦτα πάσχων λύπας ὑπήνεγκε παντὸς θανάτου βαρυτέρας.

Δ. Μῶν ἐθελούσιος ταῦτα πέπονθεν ὁ Χριστὸς, ἢ ἀνάγκῃ;

Μ. Εἰ καὶ ὁ Χριστὸς τὸν ἀτιμότατον τοῦτον καὶ ἀπηνέστατον θάνατον, ᾗ ἄνθρωπος ἦν, ἐν τοῖς μάλιστα φρικτοῖς ἡγεῖτο, ὅμως δὲ τῷ τοῦ πατρὸς θελήματι, ὃς ἐκεῖνον οὕτω τελευτῆσαι κατέκρινεν, ἑαυτὸν ὅλως πρὸς πάντα χρῆσθαι παρέδωκεν· διὰ τοῦτο τὰς δεινὰς ὕβρεις, καὶ αἰκίας, καὶ θάνατον ὠμότατον, καὶ ἑκὼν καὶ εὐγνωμονέστατα ἤνεγκε, τῷ τε πατρὶ ὑπακούων, καὶ συγγνώμην τοῖς, ὑφ' ὧν ἐσταυρώθη, παρὰ Θεοῦ αἰτῶν.

Δ. Διὰ

*A.* A discipulo suo Iuda, qui corruptus pretióque conductus ad id fuerat, est perfidiosè proditus: à reliquis discipulis desertus, à Petro denegatus ejuratúsque: à Iudæis, falsis criminibus objectis, malitiosè accusatus, à Pontio Pilato Romano præside condemnatus est: pugnis lorísque cæsus, contextis spinis coronatus, toga purpurea indutus, aliisque multis modis indignissimè crudelissiméque tractatus est, & ludificatus: tandémque cruce cervicibus imposita, extra urbem in locum, qui Calvaria appellabatur, ad supplicium tractus est: ubi medium inter duos latrones ignominiosissimè cruci suffixerunt: in qua summo cruciatu confectus, crudelissimam probrosissimámque mortem oppetiit: animi interim dolores, quavis morte acerbiores, perpessus.

Matth. 26. 14 15. &c. & 27. totum. Marc. 14. 45. &c. & 15. tot. Luc 22. 47. &c. & 23. tot. Ioh. 18. & 19. totum.

M. *Suáne voluntate, an vi coactus, ista sustinuit Christus?*

*A.* Tametsi probrosa hæc sævissimáque mors humanæ suæ naturæ maximè terribilis erat, voluntate tamen patris sui qui isti ipsum morti addixerat, totum se permisit: itaque contumeliosa illa in se probra, tormenta, mortémque atrocissimam, & sponte, & patientissimè pertulit, tum patri obtemperans, tum veniam iis, à quibus est in crucem actus, à Deo precatus.

Matth. 26. 37 38, 39, 41, 42, 53 & 20. 28. Marc. 10. 45. Ioh. 10. 11. 15 17, 18. Phil. 2. 8. Luc. 23. 34.

M. *Quam-*

Δ. Διὰ τί ὁ Θεὸς τὸν μηδὲν ὅλως ἄδικον πεποιηκότα τὸν υἱὸν αὐτοῦ οὕτως ἀτίμως καὶ ὠμῶς ἀποκλεινόμενον περιεῖδεν;

Μ. Χριστὸς ἑαυτὸν Θεῷ τῷ πατρὶ ἐγγυητὴν ὑπὲρ ἡμῶν κατέστησεν· ὅθεν πάνθ' ὅσα ἡμεῖς ὀφείλομεν ἢ ἡμαρτήκαμεν, ἐφ' ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἀνεδέξατο. αὐτὸς οὖν, εἰ καὶ πάντων ἀβλαβέστατος ὤν, ὑπὲρ ἡμῶν ἀδικωτάτων ὑπαρχόντων ἀπέθανεν. καὶ Θεὸς ὁ πατὴρ τὸ ἡμῶν βάρος αὐτῷ ἐπιθεὶς αὐτὸν κατὰ τὸ ἀκριβοδίκαιον ἐκόλασεν, ὅπως ἡμῖν τῆς μεγίστης δι' αὐτὸν συγγνώμης μεταδῷ.

Δ. Λέγε οὖν μοι τὸ κεφάλαιον τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῶν ὧν ἐκ τῆς τοῦ Χριστοῦ τελευτῆς ἐγκρατεῖς ἐγενήθημεν.

Μ. Χριστὸς, ὡς μοι ἀνωτέρω εἴρηται, Θεῷ τῷ πατρὶ ἠγγυήσατο καὶ ὡμολόγησε τὰ ἡμέτερα ἁμαρτήματα ἐκτίσειν, καὶ τὴν ὀργὴν αὐτοῦ, ἣν πρὸς ἡμᾶς ἕνεκα τῆς ἡμετέρας ἀπειθείας εἶχε, τὴν χαριεστάτην τῆς ὑπακοῆς θυσίαν προσφέρων καταπαύσειν, καὶ ἡμᾶς αὐτῷ καταλλάξειν, καὶ οὕτω Χριστὸς ὁ ἀκακώτατος ἐκεῖνος τοῦ Θεοῦ ἀμνὸς δεσμοῖς ἐδήθη, ὅπως ἡμᾶς κακοὺς ὄντας, καὶ Σατανᾷ τε καὶ θανάτῳ, καὶ κατακρίσει καταδεδουλωμένους ἐλευθερώσῃ. Χριστὸς ὁ μηδὲν ὅλως ἀδικήσας κατηγορήθη καὶ κατεκρίθη ὑπὸ τοῦ γηΐνου δικαστοῦ, ἵνα ἡμᾶς τοὺς τὰ μέγιστα πλημμελήσαντας, καὶ τῆς κατακρίσεως ἀξιωτάτους ὑπάρχοντας παρὰ

M. *Quamobrem voluit Deus innocentissimum filium suum tam ignominioso truculentóque genere mortis affici?*

*A.* Christus Deo patri pro nobis se obligavit, atque spopondit: quicquid ergò nos debebamus, aut eramus commeriti, id omne sibi præstandum, solvendum, & dependendum Christus in se recepit. Et proindè ipse tametsi maximè innoxius, pro nobis nocentissimus luit. Deúsq; pater onus illi nostrum imponens, summa juris judiciíque severitate in eum animadvertit, ut nobis ipsius causa, summam misericordiam impertiretur. Esa. 53. tot. Rom. 1. 3. 2 Cor. 5. 21. Gal. 1. 4. Ephes. 1. 3. &c. 7 &c. Col. 1. 13, 14. & 2, 13, 14. 1 Pet. 3. 18. & 4. 1. Ioh. 3. 16. 2 Cor. 5. 21.

M. *Summam igitur beneficiorum illorum, quæ ex Christi morte capimus, mihi explicato.*

*A.* Christus, quemadmodum anteà attigi, nostro nomine locóque Deo patri satisdedit, se pro nostris peccatis ipsi esse satisfacturum: se ipsius iram in nos ob contumaciam nostram conceptam, sua vilissimo obedientiæ suæ sacrificio placaturum, nósq; in gratiam cum Deo restituturum esse. Atque ita Christus innocentissimus ille Dei agnus vinculus constrictus est, ut nocentes nos, qui Sathanæ, morti, & damnationi eramus mancipati, in libertatem vindicaret: Christus, qui extra omnem omninò culpam erat, accusatus, condemnatúsque fuit judicis terrestris sententia, ut nos, qui culpa tenebamur maximè, damnationéque eramus dignissimi, Rom. 5. 8, 10 11. 2 Cor. 5. 18, 19, 20, 21. Ephes. 2. 12, 13, 14, 17 &c. Heb. 7. 26, 27. & 9 12, 14. & 10. 12, 14, 17. Rom. 8. 1. 2. 33, 34. Col. 1. 3. 14. &c. 20. 21.

τῷ οὐρανίῳ βήματι τῆς αἰτίας ἀπολύσῃ· ὁ Χριστὸς τὸ ἔντιμον αὐτοῦ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχέας τὰς τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν κηλῖδας καὶ σπίλους ἀπεψήσατο καὶ ἐξήλειψε· τελευταῖον ὁ Χριστὸς ἀναξιώτατα ὑβρισθεὶς, καὶ θάνατον ὑπομείνας πικρότατον καὶ μάλιστα αἰσχυντὸν ἡμᾶς τιμωρίας, καὶ ἀτιμίας, καὶ αἰωνίου θανάτου, ὧν διὰ τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα ἀξιώτατοι ἦμεν, ἀπήλλαξεν· ὥστε πάσας ἡμῶν ἁμαρτίας εἰς τὸ διηνεκὲς ἐξηλεῖφθαι, καὶ πόῤῥω τῆς τοῦ Θεοῦ ὄψεως διὰ Χριστοῦ πεποιῆσθαι. καὶ οὕτω πάντων τῶν κακῶν, οἷς ἢ ἐκ γενετῆς διὰ τοῦ Ἀδὰμ, ἢ ὕστερον, διὰ τὰς ἰδίας ἡμῶν ἁμαρτίας περιεπέσομεν, τὸ τοῦ Χριστοῦ πάθος ἴαμα καὶ φάρμακόν ἐστιν, ἐάν γε πάσαις ταῖς ἐλπίσιν εἰς αὐτὸν ἀναρτώμεθα, καὶ αὐτὸν ἀγαπῶμεν.

Δ. Ἀλλά γε τῷ τοῦ σώματος θανάτῳ, ὃς τῆς ὀφειλομένης τῇ ἁμαρτίᾳ τιμωρίας μέρος τι ἐστιν, οὐκ ἧττον κολαζόμεθα καὶ νῦν.

Μ. Ὁ τοῦ σώματος θάνατος, ὃς ἄνευ Χριστοῦ τὸ πρόθυρον ἦν τοῦ ᾅδου, νῦν διὰ Χριστοῦ θύρα καὶ εἴσοδος ἐπ' οὐρανὸν ἐγενήθη, ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸς διὰ τοῦ θανάτου εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ εἰσῆλθεν, ὅθεν θάνατος ὁ πρότερον κόλασμα, ἀνθ' ὧν ἡμαρτάνομεν, ὑπάρχων, νῦν διὰ Χριστοῦ μέγιστον κέρδος ἐστίν.

Δ. Μῶν ἄλλην τινὰ ὠφέλειαν ἡμῖν παρέχεται ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος;

pro cœlesti tribunali absolveret: Christus pretioso sanguine suo pro nobis fuso, peccatorum nostrorum maculas sordésque eluit atque delevit: Christus postremò, contumeliis, quibus est immeritissimè vexatus, acerbissimáque atque ignominiosissima morte, qua est affectus, nos à pœna, ignominia, mortéque sempiterna, quæ nostris sceleribus eramus maximè commeriti, liberavit: adeóque peccata omnia nostra oblivione sepulta, & procul à Dei conspectu per Christum amota sunt. Atque ita miseriarum omnium nostrarum, in quas vel origine per Adamum, vel posteà propriis nostris peccatis incidimus, Christi perpessio medicina est atque remedium, modò fiduciam omnémque spem in illo collocemus, amoréque illum amplectamur.

Psal. 51. 7. Heb 9. 14. 1 Ioh. 1. 7. Apoc. 1. 5. 1 Pet. 2. 21, 22. &c. Rom. 4. 7. 8. Col. 2. 13, 14. Heb. 10. 17. Rom. 8. 1, 2.

M. *Morte tamen corporis, quæ pœnæ peccato debitæ pars aliqua est, nos nihilominus mulctamur.*

*A.* Corporis mors, quæ sine Christo atrium inferorum fuerat, jam per Christum, omnibus illi fidentibus, janua aditúsque in cœlum est effecta: quemadmodum & Christus ipse per mortem suam est regnum ingressus: ita ut mors quæ anteà peccati pœna erat, jam per Christum in maximo sit lucro ponenda.

Luc. 23. 43. Ioh. 25. 26. 1 Cor. 15 18. 21. 54, 55. &c. 1 Thes. 4. 13, 14. Phil. 1. 21, 23 Apoc. 14. 13.

M. *Ecquem alium nobis utilitatis fructum præbet Christi mors?*

 *A.* Christi

Μ. Τὸ πάθος καὶ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον τῶν ἡμετέρων συμφορῶν, ὡς ἄνω εἴρηκα, σωτήριόν ἐστι φάρμακον, ἀλλὰ καὶ ὑπόγραμμον ἐντεῦθεν ἔχομεν, ὃν μιμεῖσθαι ἡμῖν προσήκει.

Δ. Σαφέστερον εἰπέ τι νοῇς.

Μ. Ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς τῷ Χριστῷ ἀκολουθοῦντες, ἐυπειθεῖς εἶναι τῷ θελήματι Θεοῦ τοῦ οὐρανίου ἡμῶν πατρὸς, καὶ παντοδαπὰς βλάβας καὶ ἀδικίας ὑπ' ἄλλων ἡμῖν γενομένας ἐυγνωμόνως φέρειν, τὰς πονηρὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας σταυρῷ προσπηγνύειν, καὶ ἁμαρτίας πάσαις οἱονεὶ τεθνηκέναι, καὶ ταφῆναι ὥστε μηκέτι κακόν τι πράττειν, καὶ ταῦτα τὸν Χριστὸν μιμούμενοι, ὃς ἕνεκα τῆς ἁμαρτίας ἐσταυρώθη, καὶ ἔθανε, καὶ ἐτάφη. καὶ μὲν ὡς ἀληθῶς τὰ φαῦλα τῶν παθῶν, τὰ ἄλλως ἀνάγωγα καὶ ἄλογα ὄντα, ἐν τοῖς τῷ Χριστῷ διὰ πίστεως προσπεφυκόσι τῇ δυνάμει τοῦ θανάτου αὐτοῦ οὕτως οἱονεὶ σταυροῦται, καὶ τὸ διάπυρον αὐτῶν τῷ αἵματι αὐτοῦ οὕτω σβέννυται, ὥστε τῷ πνεύματι πολλῷ ἐυπειθεστέρους γενέσθαι. καὶ οὕτω τῇ δυνάμει τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἰσχὺν λαμβάνομεν πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν ἐκεῖνα ἐφ' ἃ ὁ τύπος τῆς ζωῆς τε καὶ τοῦ τελευτῆς αὐτοῦ ἡμᾶς παρορμᾷ.

Δ. Η οὐ καὶ ἐντεῦθεν καταμαθεῖν ἔχομεν, πῶς ἡμᾶς δεῖ πρὸς τὸν Χριστὸν διακεῖσθαι;

Μ. Ἔχομεν γε· μανθάνομεν γὰρ ὅτι οὐκ ἐσμὲν αὐτεξούσιοι πρὸς τὸ ποιεῖν ὅ,

*A.* Christi supplicium & mors non solùm ærumnarum nostrarum, ut antè dixi, salutare medicamentum, sed & exemplar etiam est nobis ad imitandum. Ephes. 5. 2. 1 Pet. 2. 21. &c. & 4. 1. 2. &c.

M. *Idem istuc planiùs expone.*

*A.* Debemus & nos ad exemplum Christi, voluntati Dei cœlestis nostri patris obedire, injuriásque omnes nobis ab aliis illatas patienter accipere: vitiosos carnis appetitus cruci suffigere, peccatísque omnibus quasi mortuos sepultósque esse, ita ut posthac nihil mali admittamus: idque exemplo Christi, qui propter peccatum in crucem sublatus, mortuus, & sepultus est. Et reverà depravatæ affectiones, quæ alioqui indomitæ sunt, in iis, qui Christo per fidem adhærent, ita virtute mortis ejus quasi cruci suffiguntur, illarúmque incendia ipsius sanguine ita restinguuntur, ut spiritui multò obsequentiores reddantur. Atque ita virtute mortis ejus ad ea præstanda confirmamur, ad quæ vitæ, mortísque ejus exemplis excitamur. Ioh. 13. 15. &c. Ephes. 5. 2. 1 Pet. 2. 21. &c. & 4. 1, 2. &c 1 Ioh. 2. 6. Rom. 6. 2, 4, 7, 11. &c. Gal. 2. 20. & 5. 24. Col. 2. 13. &c.

M. *An non & de nostro etiam in Christum officio commonemur?*

*A.* Cõmonemur profectò non in nostra nos esse potestate, ut quæcunq; velimus, Rom. 14. 7, 8.

τι ἂν ἡμεῖς θέλωμεν κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν. ἀλλ᾽ ὅτι Χριστοῦ, ὃς ἡμᾶς τοσούτου ἀπελύτρωσεν, ὅλοι ἐσμὲν, περὶ τὸ εἶναι αὐτῷ ἐπὶ πάντα ὑπήκοοι, καὶ ὅτι ἡμέτερον ἔργον ἐστὶ Χριστὸν, τὸν εἰς ἡμᾶς ἔτι ἐχθροὺς αὐτῷ ὄντας ἀγάπης ὑπάρξαντα, ἀντιφιλεῖν, καὶ ὅτι δεῖ ἡμᾶς Χριστῷ τῷ ἑαυτὸν ἡμῖν ὅλον διδόντι, πάντα τὰ ἡμῖν προσόντα, καὶ δὴ καὶ ἑαυτοὺς ὅλους ἀνταποδοῦναι, καὶ ὅτι προσήκει τοῦ Χριστοῦ χάριν μὴ μόνον ἁπάσας τὰς κοσμικὰς χρείας, καὶ τὰς τῆς ζωῆς ἡδονὰς περὶ οὐδενὸς ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ζωὴν αὐτὴν περὶ ἔλαττον ποιεῖσθαι τοῦ Χριστὸν ἀποβάλλειν, καὶ τοῦ πρὸς αὐτὸν καθήκοντος καὶ εὐσεβείας ἀπολείπεσθαι· μακάριος γὰρ εἰκότως νομίζοιτο ἂν ὁ θάνατος, ὃν τῇ θνητῇ φύσει ὀφειλόμενον, τοῦ Χριστοῦ μάλιστα χάριν ὑπομεῖναι ἄν τις. Χριστοῦ λέγω, ὃς ἑκουσίως ἀπέθανε καὶ ἐτελεύτησεν ὑπὲρ ἡμῶν, ὃς καὶ τῆς ζωῆς αἴτιος ὤν, ἡμᾶς νεκροὺς ὑπάρχοντας τοῦ θανάτου ἐξελόμενος καὶ θέλει καὶ δύναται ἀθανάτους καταστῆσαι.

Δ. Τίνος ἕνεκα ἐπιζευγνύεις τὸν Ταφέντα;

Μ. Τὸ σῶμα αὐτοῦ ἄψυχον ὂν ἐτάφη, ἵνα πάντες σαφῶς καὶ ἀτεχνῶς εἰδῶσιν, ὅτι ἀληθῶς τέθνηκεν. εἰ γὰρ παραχρῆμα ἀνεβίου, ὁ θάνατος αὐτοῦ πολλοῖς ἂν ἐγένετο ἀμφισβητήσιμος, καὶ πολλὴν ἴσως ἀπορίαν παρεῖχεν ἀνθρώποις.

Δ. Τίνι

nostro arbitratu faciamus: verùm Christi, qui nos tam magno redemit, nos totos esse, illius voluntati parere, ad illius nos nutum accommodare oportere: Christum, qui nos adhuc hostes amore tanto prior amplexus est, ut redamemus, maximè nos esse obligatos: paratissimos etiam esse debere, Christo, qui ita se nobis totum dedit, omnia nostra, nósque adeò ipsos totos vicissim reddere: Christi causa non omnia solùm mundana commoda, hujúsque vitæ voluptates negligere, sed & vitam adeò ipsam deserere, potiùs quàm Christum amittamus, nostrúmque erga ipsum officium pietatémque non præstemus. Beata est enim censenda mors, quæ mortalis vitæ conditioni debita, Christi maximè gratia oppetita est: gratia dico Christi, qui sua sponte vitam profudit, mortéque pro nobis occubuit, quíque vitæ author, mortuos nos, à morte revocatos, & vult & potest immortalitate donare.

1 Cor. 6. 20. & 2 Cor. 5. 15. 1 Thes. 5. 10. Rom. 5. 8, 10. Matth. 10. 37. & 16. 25. Luc 9. 23, 24. &c. & 14. 26. Matth. 16. 25. Marc. 8. 35. &c.

M. *Quare adjungis eum fuisse etiam sepultum?*

*A.* Corpus exanime sepultura est affectum, ut omnes ejus mortem exploratam magis, penitúsque cognitam haberent, nam si redivivus subitò extitisset, mors ejus in quæstionem à multis dubitationémque adducta, scrupulúsque hominibus aliquis fuisset injectus.

Matth. 12. 40 & 27. 59, 60. &c. 1 Cor. 15. 4.

Δ. Τίνα νοῦν ἔχει τὸ Κατελθόντα εἰς ᾅδου;

Μ. Μανθάνομεν ὅτι Χριστὸς καθὼς τὸ σῶμα εἰς γῆν ἐκρύβη, οὕτω τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισθείσης εἰς ᾅδου κατῆει, καὶ ἅμα ἡ ἐνέργεια τοῦ θανάτου αὐτοῦ εἰς τοὺς νεκροὺς καὶ τοὺς ἐν ᾅδου ὄντας οὕτω διϊκνεῖτο. ὥστε τὰς τῶν ἀπίστων ψυχὰς τὴν φρικτοτάτην καὶ τῇ ἀπιστίᾳ αὐτῶν μάλιστα προσήκουσαν κατάκρισιν ἑαυτὰς ὠφληκυίας αἰσθέσθαι, καὶ Σατανᾶν αὐτὸν τὸν ἀρχηγὸν τῶν ἐν ᾅδου τὴν τῆς τυραννίδος καὶ σκότους δύναμιν αὐτοῦ καταλελυμένην, καὶ διεφθαρμένην, καὶ εἰς οὐδὲν πεπτωκυῖαν ὁρᾶν· τοὐναντίον δὲ, τοὺς νεκροὺς τοὺς Χριστῷ πεπιστευκότας ἐν τῷ βίῳ, τὸ τῆς ἀπολυτρώσεως αὐτῶν ἔργον ἤδη τετελειωμένον συνιδεῖν, καὶ τῆς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας αὐτοῦ ἀπολαύοντας γλυκυτάτης καὶ ἀλήκτου παραμυθίας ἐμπεπλῆσθαι.

Δ. Μεταβαίνωμεν νῦν ἐπὶ τὰ λοιπά.

Μ. Τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν.

Δ. Οὐκ ἄρα ἀπέχρησεν ἡμῖν τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς ἀπηλλαγμένοις συγγνώμης τετυχέναι;

Μ. Τοῦτο μὴ ἀποχρῆσαι φανερὸν ἔσται ἐὰν ἢ τὸν Χριστὸν αὐτὸν, ἢ ἑαυτοὺς λογιζώμεθα. εἰ γὰρ οὐκ ἂν ἐκεῖνος ἀνέζη, πῶς ἐνομίζετο ἂν τοῦ Θεοῦ υἱὸς εἶναι, ἢ πῶς ἡμᾶς τοῦ θανάτου ἀπολύειν ἠδύνατο;

νοῦν

*Christi descensus, ad inferos.*

M. *Ejus ad inferos descensus, quam habet sententiam?*

*A.* Quod Christus, ut corpore in terræ viscera, ita anima à corpore separata ad Inferos descendit, pariterque mortis e- 1 Pet. 1. 19.
jus vis ad mortuos inferósque adeò ip- Ioh. 8. 24.
sos usquè eò permanavit, ut & animæ 1 Cor. 15. 54
incredulorum tristissimæ, ipsorúmque 55. &c.
incredulitati maximè debitæ condem- Heb. 2. 14, 15
nationis sensum perciperent, ipséque Satanas inferorum princeps, tyrrannidis suæ, & tenebrarum potentiam omnem afflictam, profligatam, & ruina op- Ioh. 5. 25, 28
pressam esse animadverteret: è contra- & 11. 25, 26.
ria verò parte, mortui, qui vivi Chri- Rom. 14. 8, 9.
sto confidebant, redemptionis suæ o- Col. 1. 13, 14,
pus jam perfectum esse perspicerent, 19, 20.
ejúsque vim & effectum sentientes, dulcissimo perpetuóque solatio fruerentur.

M. *Reliqua nunc persequamur.*

*A.* Tertia die resurrexit à mortuis.

M. *Satisne ergò effectum non erat, quòd Christi morte nobis culpa liberatis, venia data sit?*

*A.* Id sat non fuisse constabit, si vel ipsius, vel nostram conditionem nobiscum reputemus. Nam si in vitam non re- Rom. 1. 4. &
diisset, nequaquam Dei filius fuisset habi- 6. 4 9, 10. &
tus, neq; nos morti eripere potuisset. At à 8. 1, 2. &c.

νῦν δὲ ἐκ νεκρῶν εἰς ζωὴν αἰώνιον ἐγερθεὶς, τήν τε τῆς θειότητος αὐτοῦ δύναμιν ἐνεδείξατο, καὶ ἁμαρτίαν, καὶ θάνατον, καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον φανερὸς ἦν νενικηκώς.

Δ. Τίνα ὠφελούμεθα ἐκ τοῦ τὸν Χριστὸν ἀναστῆναι εἰς ζωήν;

Μ. Πλεῖστα καὶ μέγιστα. ἐντεῦθεν γὰρ ἐπιθυμίαν, καὶ ἰσχὺν, καὶ βοήθειαν λαμβάνομεν εἰς τὸ σπουδαίως καὶ εὐσεβῶς ζῆν· ἐντεῦθεν ἡμῖν ὁ Χριστὸς δικαιοσύνης, ἧς ἐνδεεῖς πρότερον ἦμεν, μετέδωκε: καὶ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν εἰς ζωὴν ἀναστὰς, τῆς ζωῆς ἡμῖν αἴτιος ἐγενήθη· ἐντεῦθεν γὰρ ἐλπίδα ἔχομεν καὶ τὰ φθαρτὰ ἡμῶν σώματα ἐκ θανάτου εἰς ζωήν ποτε ἀναστήσεσθαι, ἐπειδὴ ὁ Χριστὸς ἡμᾶς τῆς ἀναστάσεως καὶ ζωῆς αὐτοῦ κοινωνοὺς ἐποίησεν. Χριστὸν γὰρ, ὃς ἡμετέρα κεφαλή ἐστιν, ἀναβιώσαντα, ἡμᾶς τοῦ σώματος αὐτοῦ μέλη ὄντας εἰς τὸ διηνεκὲς ἀποθνήσκοντας καὶ παντελῶς ἀπολλυμένους περιορᾷν ἀμήχανον.

Δ. Πρόϊθι δή.

Μ. Ὥσπερ αἱ ἱεραὶ γραφαὶ διδάσκουσιν, ὅτι ὁ Χριστὸς διὰ τὴν ἡμετέραν δικαιοσύνην ἠγέρθη, ὡσαύτως καὶ ἡμᾶς παιδεύουσιν ἀκολούθως αὐτῷ τῶν ὀλεθρείων τῆς ἀσεβείας ἔργων ἐξισταμένους δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι ζῆν εἰς τὸ λοιπόν· ὃ ποιῆσαι ἱκανωτέρους ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἀπεργάζεται, δύναμιν ἡμῖν ἐκ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ παρασχών.

Δ. Τί

mortuis ad vitam sempiternam excitatus, & divinitatis suæ vim ostendit pariterque peccati, & mortis, atque ipsius etiam Diaboli domitorem se esse comprobavit. a Cor. 15. 26. 54. &c. Ephes. 1. 20. &c. Phil. 2. 9. &c.

M. *Quæ adipiscimur commoda ex eo, quòd Christus redivivus fuit?*

*A.* Plurima, maximáque. Etenim illinc desiderium nobis, facultásque atque adjumenta, ad vitam cum virtute pietatéq; degendam suppeditantur. Illinc nos Christus justitia, quæ nobis anteà defuit, imbuit. Et Christus à mortuis ad vitam excitatus, vitæ nobis author existit: illinc enim spes nobis ostenditur, fore aliquandò tempus, cum & mortalia corpora nostra à morte ad vitam reducentur, quòd Christus nos resurrectionis vitæque suæ fecit participes. Fieri enim omninò non posse, ut Christus caput nostrum reviviscens, nos sui corporis membra, morte in nihilum recidere funditúsque interire patiatur. Gal. 2. 19, 20. Rom. 4. 25. & 5. 15. &c. & 6. 4, 5. 11, 12. &c. 1 Cor. 15. 20. &c. 1 Thes. 4. 14. &c. Colos. 1. 18. 2 Tim. 2. 11.

M. *Perge.*

*A.* Sicuti sacræ literæ declarant Christum propter justitiam nostram excitatum fuisse, ita nos etiam docent, ut Christi exemplo de mortiferis peccatorum operibus exurgentes, justitiæ posthac atque sanctitati vivamus: ad quod præstandum virtute potentiáque gloriosæ resurrectionis suæ nos Christus corroborat. Rom. 6. 4. &c. 9, 10, 11. &c. Ephes. 5 23. Colos. 3. 1, 2. &c.

M. *Quid*

Δ. Τί νῦν ἔπεται ἐν τῇ ἐξομολογήσει τῆς πίστεως;

Μ. Ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς, καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς παντοκράτορος.

Δ. Εἰπὲ πῶς τοῦτο νοητέον.

Μ. Σαφέστατα. δηλαδὴ τὸν Χριστὸν τῷ σώματι εἰς οὐρανὸν ἀναβεβηκέναι, ἐν ᾧ οὐκ ἦν πρότερον τῷ σώματι· καὶ τὴν γῆν, ἐν ᾗ τῷ σώματι πρότερον διέτριβε, καταλελειφέναι.

Δ. Οὐκοῦν ἡμῖν ἔτι τυγχάνει παρὼν ἐπὶ γῆς;

Μ. Αὐτὸς τοῖς ἀποστόλοις προέφη μὴ διάξειν μετ' αὐτῶν συνεχῶς· ὃ περὶ τῆς σωματικῆς αὐτοῦ παρουσίας νοητέον ἐστί. τῇ γὰρ αὐτοῦ θεϊκῇ φύσει, ἣ πάντα πληροῖ, ἐν οὐρανῷ ἀεὶ παρὼν διατετέλεκε, καὶ τῇ αὐτῇ τε καὶ τῇ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δυνάμει τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἐπὶ γῆς συνεχῶς πάρεστί τε καὶ παρέσται ἄχρις οὗ τὰ τοῦ κόσμου σύμπαντα πρὸς τῷ τέλει τοῦ εἶναι γενήσεται.

Δ. Οὐκ ἄρα τοῦ βοηθήσοντος καὶ ὑπερασπίσοντος ἡμῶν Χριστοῦ ἔρημοι κατελείφθημεν, εἰ καὶ μὴ ἔχομεν αὐτὸν τῷ σώματι παρόντα;

Μ. Ἥκιστά γε. Χριστὸς γὰρ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθεζόμενος τῇ αὐτοῦ δυνάμει, καὶ σοφίᾳ, καὶ προνοίᾳ τὸν κόσμον κυβερνᾷ, καὶ διέπει, καὶ κινεῖ, καὶ διοικεῖ, καὶ διακοσμεῖ σύμπαντα. ἔτι καὶ τὸ ἱερὸν αὐτοῦ πνεῦμα, ὡς μέγιστόν τι τῆς ἐκείνου εἰς ἡμᾶς ἀγάπης ἐνέχυρον ἐξ οὐρανοῦ

καθὼς

M. *Quid in fidei confeßione deindè sequitur?*

*A.* Ascendit ad cœlum, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Marc. 16 19. Luc. 24 51. Act. 1. 9, 10. &c.

M. *Hoc quemadmodũ sit accipendũ expone.*

*A.* Planissimè, quòd Christus corpore in cœlum ascendit, in quo anteà corpore non aderat: quódque è terra, in qua priùs corpore præsens fuerat, discessit. Ioh. 12. 8. & 16. 10. 16 28. & 20. 17.

M. *Annon ergò nobiscum ampliùs in terris adest?*

*A.* Præmonuit ipse Apostolos suos, non semper se cum illis præsentem futurum: quòd de corporea ejus præsentia est intelligendum. Divina enim natura sua qua universa complet, tum in cœlo semper aderat, tum eadem, & spiritus sui virtute præsens Ecclesiæ suæ in terris perpetuò adest, & adfuturus est, usque eò, dum mundana omnia ad exitum perveniant. Ioh. 12. 8. Ioh. 17. 5. Matth. 18. 20. & 28. 20. Ioh. 14. 18. & 16. 7. Rom 8. 9. &c.

M. *Minimè ergò deserti sumus ab auxilio, defensionéque Christi, tametsi corpore præsentem illum non habeamus?*

*A.* Nequaquam. Christus enim patri ad dexteram assidens, potestate, sapientia, providentiáque sua mundum regit, & moderatur: movet, gubernat, temperat universa: sacrum etiam spiritum suum, ut maximum charitatis in nos suæ pignus, Matth 28. 18 Ioh. 16. 7. & 17 2. &c. Ephes. 1. 20. & 4. 8. &c. Phil. 2 9, 10. Colos. 1. 18. Apoc. 11. 15.

de

καθὼς προεπηγγείλατο, εἰς τὰς ἡμῶν φρένας καταπέμπει, οὗ τῷ λαμπροτάτῳ φωτὶ τὰς ἡμετέρας διανοίας σκότῳ καὶ ζοφεροῖς νεφέλαις περικεχυμένας καταυγάζει καὶ καταλάμπει. πρὸς τούτοις καὶ τὰς ἡμῶν καρδίας λύπῃ κατέχεσθαι οὐκ ἐᾷ, παραμυθίαν ἡμῖν φέρων. ὡσαύτως ποιήσων μέχρι τέλους τοῦ κόσμου.

Δ. Νῦν λέγε τί μάλιστα τῶν τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἰδίως προσηκόντων νοῇς, ἐν ᾧ αὐτὸς ἀνέβη καὶ ἐκ δεξιῶν καθέζεται τοῦ πατρός.

Μ. Πρέπον ἦν Χριστὸν, ὃς ἐν ὑψηλοτάτῃ τιμῇ καὶ μεγαλειότητι γενόμενος, εἰς ἐλαχίστην τῆς δούλου τάξιν, καὶ ἀτιμίαν τοῦ κατακρίνεσθαι καὶ ἀκλεῶς ἀποκτείνεσθαι ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, πάλιν εἰς μεγαλοπρεπεστάτην δόξαν, καὶ λαμπρότατον ἀξιώματος θρόνον ἀναβαίνειν, καὶ τὴν προτέραν κατάστασιν ἀναλαβεῖν· ὅπως δηλαδὴ τῇ ἀτιμίᾳ καὶ λώβῃ αὐτοῦ δόξα καὶ μεγαλειότης ἴση καὶ ἀνάλογος γένηται.

Δ. Τί δὲ ἡμῖν συμφέρει τὸ τὸν Χριστὸν εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι, καὶ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθῆσθαι.

Μ. Πρῶτον ὁ Χριστὸς καθάπερ, τῶν ἀνθρώπων χάριν ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν ὡς ἐξορίαν τινα, κατέβη, οὕτω καὶ εἰς οὐρανὸν τὴν αὐτοῦ κληρονομίαν ὄντα ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἀνθρώπων ἀνῆλθε, τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνάβασιν ἡμῖν ὁδοιποιῶν, καὶ τὰς τοῦ οὐρανοῦ πύλας τὰς πρότερον δι' ἁμαρτίαν κεκλεισμένας ἀνοίγων. χω-

ρὶς

de cœlo ut est pollicitus, in animos nostros demittit: cujus sui spiritus clarissimo lumine, mentes nostras, tenebris cæcisq; nubibus circumfusas illustrat, ab animis etiam nostris ægritudinem repellit, consolationéque nos lenit, atque sustentat: eadem præstiturus, quoad hic mundus exitum habebit. Rom. 5. 5. & 8. 4,5. 9. &c.

M. *Nunc autem dicito, quid præcipuè de Christi ascensu, sessionéque à dextera patris consideres, quod quidem ad Christum ipsum propriè pertineat.*

*A.* Æquum fuerat, ut Christus, qui ab altissimo decoris, & amplitudinis loco, ad infimum servi gradum, dedecúsque condemnationis, & ignominiosæ mortis sese demiserat, ad illustrissimum vicissim honorem, celsissimámque dignitatis sedem ascenderet, & in antiquum statum restitueretur: ut contemptio videlicet, illatáque ipsi probra gloria & majestate, quasi paria paribus, compensarentur. Ephes. 1. 20. &c. Phil. 2. 8,9. &c. Ioh. 17. 5.

M. *Nobis verò Christi in cœlum ascensus, sessióque à patris dextera quam adfert utilitatem?*

*A.* Principio, Christus, ut hominum gratia è cœlo in terram tanquam ad exulandum venit, ita & in cœlum, patrimonium suum, hominum vice ascendit, viam qua nobis sit ingrediendum in cœlum muniens, cœlique portas nobis priùs ob peccatum occlusas reserans. Ioh. 14. 2,3. &c. Porrò præsens coram Deo, Ioh. 16. 26.

nósque

εἰς δὲ τούτων τῷ Θεῷ παραςὰς, καὶ ἡμᾶς αὐτῷ συνιςάνον, καὶ συγγνώμην ἡμῖν παρ᾽ αὐτοῦ αἰτῶν κηδεμονίαν ἡμῶν εἴληφεν, οὗ συναγορεύσαντος ἡμῖν τοῦ ἐγκλήματος ἀπολύεσθαι ἡμᾶς ἀνάγκη.

Δ Ἀλλὰ πῶς ἂν δυναίμεθα μιμεῖσθαι τὴν τοῦ Χριςοῦ εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν;

Μ. Δεῖ ἡμᾶς τοῦ λοιποῦ ἀναβλέπειν καὶ τὴν τῆς διανοίας καὶ τοῦ νοὸς ὄψιν εἰς οὐρανὸν ἀπερείσασθαι, ὅπου ὁ Χριςὸς ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέζεται, πάντως ἐνθυμουμένους καὶ φροντίζοντας τῶν θείων, καὶ οὐρανίων, καὶ αἰωνίων, ἀλλὰ μὴ τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ἐπιγείων, καὶ θνητῶν.

Δ. Μῶν τι ἄλλο;

Μ. Μανθάνομεν ὡσαύτως Χριςῷ τῷ Κυρίῳ τοῦ οὐρανοῦ τὸ κράτος ἔχοντι νῦν, μὴ κοσμικὸν τρόπον, ἢ διὰ τῆς ὑπὸ ἀνθρώπων ἐπινενοημένης ἐθελοθρησκείας τιμὴν ἀπονέμειν, ἀλλὰ θείκῃ καὶ παντελῶς πνευματικῇ λατρείᾳ χρώμενοι, οἵαν δηλαδὴ, καὶ ἡμῖν δοῦναι καὶ αὐτῷ λαβεῖν πρέποι ἂν μάλιστα, εὐσεβῶς καὶ ὁσίως αὐτὸν σέβεσθαι.

Δ. Νῦν δι᾽ ὀλίγων διασαφεῖν σε βούλομαι, τί περὶ τῆς ἐσχάτης κρίσεώς τε καὶ τῆς τοῦ κόσμου καταλύσεως ἐδιδάχθης.

Μ. Ὁ Χριςὸς ἥξει ἐν νεφέλαις τοῦ οὐρανοῦ μετ᾽ ἀξιώματος λαμπροτάτου, καὶ ἐπιφανεςάτης μεγαλειότητος, κυκλωθεὶς, καὶ τῶν οὐρανίων δορυφόρων χορῷ καὶ κύκλῳ περιεχόμενος· καὶ ἐπειδὰν ἡ φρικτὴ σάλπιγξ τὸ φοβερὸν σημεῖον σαλπίσῃ,

σύμπαντες

nósque illi commendans, & veniam nobis ab illo petens, causæ nostræ patrocinium suscipit, quo defensore, causam nunquam amittemus. Rom. 8. 34. Heb. 7. 25. & 9. 24. 1 Ioh. 2. 1. 2.

M. *Verùm qua ratione ascensus Christi in cœlum imitatores esse possumus?*

*A.* Suspicere in posterum, mentísq; & animi aciem in cœlum, ubi Christus patri dexter assidet, intendere debemus: cogitationes omnes & curas nostras in rebus divinis, cœlestibus, sempiternis, non in humanis, terrenis, atque fragilibus defigentes. 1 Cor. 15. 47. 48. &c. Col. 3. 1, 2. 3 &c.

M. *Ecquid prætereà?*

*A.* Commonemur etiam ut Christo Domino cœli jam imperium tenenti, non mundano ritu, aut futilibus commentis humanis honorem habeamus, sed ut divino planéque spirituali cultu, qui & nobis, qui tribuimus, & illi, cui tribuitur, potissimùm conveniat, eum piè sanctéque veneremur. Esa. 11. &c. 16. 17. &c. Mat. 5. 8. &c. Ioh. 4. 20. &c. 24.

M. *Nunc te volo quæ de supremo judicio, mundíq; exitu didiceris, mihi breviter enarrare.*

*A.* Christus cum illustrissimæ dignitatis splendore, magnificentiæque præcellentissima amplitudine in cœli nubibus adveniet, cinctus septúsq; copiis & corona cœlestium stipatorum, & ad terribilis buccinæ signum clangorémque formidolosum, mortales universi, qui ab ortu mundi Matt. 24. 29, 30, 31. & 25. 31, 32 &c. 1 Cor. 15. 52. &c. 1 Thes. 4. 16. &c.

σύμπαντες οἱ θνητοὶ, οἱ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ κόσμου ἄχρις ἐκείνης ἡμέρας τετελευτηκότες, τάς τε ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ἀρτιμελεῖς ἀναζήσουσι, καὶ τῷ Χριστῷ ἐπὶ βήματος καθημένῳ εἰς κρίσιν καταστάντες, ἕκαστοι τῶν αὐτοῖς πεπραγμένων εὐθύνας ὑφέξουσιν, ἃς ὁ δικαιότατος καὶ ἀποτιμώτατος κριτὴς πρὸς τὸν τῆς τελείας ἀληθείας σταθμὸν ἐξετάσει.

Δ. Ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν τελευτῆσαι, πάντων ἡ φύσις κατέκρινε, πῶς ἐν τῷ συμβόλῳ λέγεις ὅτι ζῶντες ἔσονταί τινες τότε;

Μ. Ὁ Θεῖος Παῦλος δηλοῖ ὅτι ὅσοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ζῶντες εὑρεθήσονται, ἐξαίφνης ἀνακαινισθήσεσθαι μέλλουσι, καὶ πᾶσαν τῶν σωμάτων ἀπομορχθέντες φθορὰν, καὶ τὸ θνητὸν ἀποβαλόντες, ἀθάνατοι γενόμενοι ἀναστήσονται· καὶ αὕτη ἡ μεταβολὴ ἐν τάξει θανάτου ἔσται, ὅτι ἡ τοῦ θνητοῦ βίου τελευτὴ τῆς ἀθανάτου ζωῆς ἀρχὴ γενήσεται.

Δ. Πότερον οὖν οἴει δεῖν τοὺς εὐσεβεῖς ἐκείνης μεμνημένους τῆς ἡμέρας φρίττειν, ἢ καὶ ἐκείνην φρικτὴν αὐτοῖς καὶ φευκτέαν εἶναι νομίζεις;

Μ. Οὐ δῆτα· μᾶλλον γὰρ ἡ προσδοκία αὐτῆς τὰς τῶν εὐσεβῶν διανοίας εἰς ἀγαθὴν ἐλπίδα ἄγει, καὶ μέγιστα παραμυθεῖται. αὐτὸς γὰρ δικάσει, ὁ ὑπὲρ ἡμῶν καταδικασθεὶς ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ, ὅπως μὴ ἡμεῖς εἰς ἀπότιμον τῷ Θεῷ κρίσιν ἀχθέντες κατακριθῶμεν, ἀλλὰ τῆς κρίσεως ἀπαλλαγῶμεν ἀκατάκριτοι.

Δ. Ἐπειδὴ

dī ad illud uſque tempus ex hac vita mi- 2 Pet. 3. 10.
grarunt, tum animis, tum corporibus &c.
integri reviviſcent, & pro Chriſti tri- Rom. 14. 10,
bunali judicandi adducentur, unuſquiſ- 12.
que de factis ſuis rationem redditurus, 1 Cor. 4. 4, 5.
quæ æquiſsimus atque acerrimus ju- 2 Cor. 5. 10,
dex ad ſummæ veritatis regulam ex- 11.
quiret.

M. *At cùm natura mortem omnibus certò propoſuerit, quomodo in fidei confeßione victuros tum eſſe aliquos affirmas?*

*A.* Divus Paulus declarat eos, qui 1 Cor. 15. 51.
eo tempore in vita commorabuntur, 1 Theſ. 4. 17.
repentina mutatione renovandos, & omni corruptione corporibus abſterſa, remotáque mortalitate, immortales eos
exorituros eſſe: & iſta ipſis commuta- 1 Cor. 15. 53.
tio, mortis eſt futura loco, quòd mor- &c.
talis vitæ occaſus vitæ fiet ortus immortalis.

M. *Num igitur pios metu perterritos memoriam illius diei perhorreſcere debere, aut eam ipſis pertimeſcendam & fugiendam eſſe putas?*

*A.* Nequaquam: quin etiam illius ex-
pectatio piorum animos ad ſpem opti- Rom. 8. 1.
mam erigit, ſolatióque maximo permul- 15, 23, 38, 39.
cet. Is enim ſententiam pronunciabit, 1 Cor. 1. 7.
qui noſtro loco ſententia judicis eſt con- Phil 3. 20.
demnatus, ne nos in ſeverum Dei judi- Tit. 2. 13.
cium vocati convincamur, ſed indemnati 2 Pet. 3. 12.
judicio liberemur.

M. *Quando*

Δ. Ἐπειδὴ νῦν περὶ Θεοῦ πατρὸς τοῦ κτίσαντος ἅπαντα, καὶ περὶ Θεοῦ υἱοῦ τοῦ σώσαντος ἡμᾶς ἐν τοῖς εἰρημένοις εἴπομεν, δύο τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐξομολογήσεως κεφάλαια διεληλυθότες, τὸ τρίτον νῦν διασαφητέον ἐστὶν, ὁποίαν δηλαδὴ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πίστιν ἔχῃς.

Μ. Ὁμολογῶ τὸ τρίτον εἶναι τῆς ἱερᾶς τριάδος πρόσωπον, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐξ ἀπείρου αἰῶνος ἐκπορευόμενον, ἶσον ἀμφοτέροις καὶ παντελῶς ὁμοούσιον, καὶ σὺν ἀμφοτέροις θεραπευόμενον καὶ θεοκλυτούμενον.

Δ. Διὰ τί ἅγιον καλεῖται;

Μ. Οὐ διὰ τὴν ἐν αὐτῷ ὑπάρχουσαν μόνον ἁγιοσύνην, τὴν πάντῃ πάντως μεγίστην οὖσαν, ἀλλὰ καὶ διότι τοὺς ἐκλεκτοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη ἅγια ποιεῖ. δι' ἣν αἰτίαν ἡ ἱερὰ γραφὴ αὐτὸ καλεῖ τὸ πνεῦμα τοῦ ἁγιασμοῦ.

Δ. Τίνα δὲ ἐστὶν ἐν οἷς τὸν ἁγιασμὸν τοῦτον κεῖσθαι νομίζεις;

Μ. Πρῶτον, τῇ δυνάμει αὐτοῦ θεόθεν ἀναγεννώμεθα. τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Χριστοῦ, ἀναγκαῖον εἶναι ἡμᾶς ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννᾶσθαι. ἔπειτα τῇ ἐπινοίᾳ αὐτοῦ κατεχόμενοι, Θεῷ τῷ πατρὶ υἱοὶ εἰσποιούμεθα, ἐξ οὗ καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας εὐλόγως ὠνομάσθη· ὃ καὶ ἐπισφραγίζεται, ἐν ταῖς καρδίαις τὸ ἐκλεκτοὺς εἶναι ἡμῖν διαβεβαιού-

μενον

M. *Quando igitur de* DE PATRE CREATORE, FILIÓQ; EIUS IESU CHRISTO LIBERATORE, *hactenùs sit dictum, duabus istis Christianæ professionis partibus ad exitum jam perductis, tertia nunc, quid videlicet de* SPIRITU SANCTO *credas, est declaranda.* Tertia pars Symboli.

*A.* Eum tertiam esse sacrosanctæ Trinitatis personam profiteor, à patre & filio ex omni æternitate procedentem, utrique parem, atque ejusdem omninò substantiæ, simúlque cum utroque venerandum & implorandum. Matth 28 19. 1 Ioh. 5. 7. Ioh 14. 26. & 15. 26. & 16. 7. & 20. 22. Act. 5. 3, 4.

M. *Sanctus quare vocatur?*

*A.* Non solùm propter suam ipsius sanctimoniam, quæ est omninò maxima: verùm etiam, quòd electos à Deo, & Christi membra sanctitate imbuat: quam ob rem sacra scriptura ipsum SANCTIFICATIONIS SPIRITUM nuncupat. Rom. 1. 4. & 15. 16. 2 Thes. 2. 13. Tit. 3. 5. 1 Pet. 1. 2.

M. *Quibus in rebus sanctificationem hanc sitam esse putas.*

*A.* Principio, ejus virtute divinitùs renascimur, hoc est enim quod Christus dixit, necessarium esse, ut ex aqua & spiritu de integro nascamur. Ejus etiam numine afflati Dei patris filii adoptione instituimur: ex quo fit, ut SPIRITUS ADOPTIONIS meritissimè nominetur: qui electionem etiam nostram quasi consignat in animis nostris, nobis confirmans Ioh. 3. 5, 6. Tit. 3. 5. Rom. 8. 15. 23. Gal. 4. 5, 6. Rom 8. 14, 15. &c. 2 Cor. 1. 22. & 5. 5.

μένον συμπάσας τὰς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας διὰ Χριστοῦ ἡμετέρας γενέσθαι.

Δ. Δίελθε τὰ λοιπά.

Μ. Τὸ ἅγιον πνεῦμα τὰ οὐράνια μυστήρια ἡμῖν ἑρμηνεύει καὶ σαφηνίζει, καὶ τοὺς τῶν ἡμετέρων διανοιῶν ὀφθαλμοὺς φωτίζει, ὥστε σύνεσιν αὐτῶν λαβεῖν δύνασθαι. καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην ἢ συγγινώσκονται αἱ ἁμαρτίαι, ἢ οὐ συγγινώσκονται. καὶ τῇ αὐτοῦ δυνάμει ἡ κακία τῆς φύσεως ἀναστέλλεται, καὶ αἱ διαστροφαὶ τῶν ὀρέξεων χαλινοῦνται, καὶ αἱ διάνοιαι εἰς τὴν τῆς εὐσεβείας μελέτην παρορμῶνται, καὶ ποικίλας εὐεργεσίας οἱ εὐσεβεῖς κατὰ τὸ δόξαν αὐτῷ εὐεργετοῦνται.

Δ. Μῶν ἄλλο τι ἔχεις εἰπεῖν περὶ τούτου;

Μ. Πολλαπλασίων ὄντων καὶ διαφόρων τῶν τοῦ βίου τούτου κακῶν, καὶ μεριμνῶν, καὶ συμφορῶν, τὸ ἅγιον πνεῦμα τὰς τῶν εὐσεβῶν λύπας καὶ ἀνίας (οἷς ἐσχάτη εἴωθε τὰ μάλιστα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ δυστυχία, καὶ ταλαιπωρία ἄλλως μὲν δυσπαρηγόρητος ἕπεσθαι) κρυπτήν τινα παραμυθίαν καὶ ἐλπίδα αὐτοῖς ἐμποιοῦν, μείονας καὶ ἐλαφροτέρας καὶ πρᾳοτέρας ποιεῖ· ὅθεν Παράκλητος, ἤγουν Παραμυθητὴς ἀληθῶς καὶ γνησίως προσηγορεύθη. τὸ τελευταῖον τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος τὰ φθαρτὰ ἡμῶν σώματα ἐκ νεκρῶν ἐγειρόμενα εἰς ζωὴν ἀναστήσεται. καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, ὅσα ἡμῖν ἀγαθὰ ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ χαρίζεται ταῦτα

πάντα

firmans atq; persuadens, divina beneficia universa nostra per Christum fieri. Ephes. 1. 13, 14.

M. *Prosequere.*

*A.* Spiritus sanctus cœlestia mysteria animis nostris interpretando explanat: mentiúmque nostrarum oculis, ut illorum intelligentiam capere possint, lumina præfert: ad ipsius porrò arbitrium peccatis venia vel tribuitur, vel negatur: ejus virtute naturæ vitiositas comprimitur & edomatur, perversique appetitus frænantur atque franguntur, animique ad studium pietatis concitantur: ipsius arbitratu varia beneficia divinitùs in pios conferuntur. Ioh. 14. 17. 26 & 16. 13. & 20. 22, 23. 1 Cor. 2. 10, 11, 13, 15. Ephes. 1. 17. Rom. 8. 5, 9. &c. Act. 2 4. 17. &c. 1 Cor. 12. 4. 7. &c.

M. *Ecquid habes prætereà quod de hac re dicas?*

*A.* Inter vitæ hujus multiplicia diversáque malorum, solicitudinum, & calamitatum genera piorum dolores & mœrores (quorum in hoc mundo conditio plerunque miserrima, luctúsque vix alioqui consolabilis esse solet) spiritus sanctus occultè consolando, fiduciámque afferendo minuit, levat, atque mollit: & ex eo PARACLETUS, hoc est CONSOLATOR, verè propriéque nominatur. Postremò spiritus sancti potentia mortalia nostra corpora à mortuis excitata ad vitam revocabuntur. Summa autem, quantacunque nobis bona Deus per Christum largitur, ea universa Spiritus sancti efficientia Ioh. 14. 16. 26. & 15. 26. & 16. 7. Rom. 8 11. 1 Cor. 12. 4, 7. &c. 11. 13. &c.

cog-

πάντα διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείας καὶ συνιέναι καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ συλλαμβάνειν ἡμῖν συμβαίνει. δικαίως οὖν ἐπὶ τῶν τηλικούτων ἀγαθῶν δοτῆρι καὶ χορηγῷ ἐλπίζομεν, καὶ πεποίθαμεν, καὶ προσκυνοῦμεν αὐτὸν, καὶ βοήθειαν παρ' αὐτοῦ αἰτοῦμεν.

Δ. Λοιπὸν ἐστὶ τὸ τέταρτον κεφάλαιον τὸ περὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, περὶ ἧς τοίαν τινὰ διάνοιαν ἔχῃς ἀκοῦσαι ποθῶ.

Μ. Ἔξεστι διὰ βραχέων εἰπεῖν, ὅτι ἐκκλησία ἐστὶ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

Δ. Ἀλλὰ σαφέστερον καὶ διὰ πλειόνων εἰπὲ, τί τοῦτο θέλῃ.

Μ. Ἐκκλησία ἐστὶ σῶμα τῆς τῶν Χριστιανῶν πολιτείας, τουτέστι πᾶν τὸ πλῆθος καὶ κοινωνία ἁπάντων τῶν εὐσεβῶν, ὧν ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ εἰς αἰώνιον ζωὴν ἐκ παντὸς αἰῶνος ἀφώρισεν.

Δ. Τίνος ἕνεκα τόδε τὸ κεφάλαιον τοῦ συμβόλῳ προσθεῖναι νομίζῃς;

Μ. Ὅτι οὐ μόνον μάτην ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς εἰ μὴ ἦν ἐκκλησία, ἀλλὰ καὶ ὅτι ὅσα μέχρι νῦν εἰρήκαμεν κενὰ καὶ μάταια καὶ οὐδενὸς ἄξια γενήσεται.

Δ. Πῶς τοῦτό φῄς;

Μ. Ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τοῦδε τὰ αἴτια τῆς σωτηρίας διήλθομεν καὶ τὰς ῥίζας αὐτῆς ἐσκεψάμεθα, δηλονότι ὅτι ὁ Θεὸς διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀξίαν φιλικῶς καὶ εὐνοϊκῶς πρὸς ἡμᾶς ἔχει· εἶτα, ὅτι ταύτης τῆς χάριτος, εἰς ἣν τῷ Θεῷ κατηλλάγημεν.

δι-

cognoscimus, percipimus, comprehendimus. Tantorum igitur datori beneficiorum meritissimè confidimus, & spem in eo reponimus, ipsúmque veneramur, atque opem ab illo petimus.

M. *Reliqua est pars quarta de* Sancta Ecclesia Catholica, *de qua sententiam tuam jam intelligere cupio.* Symboli pars 4.

*A.* Summatim dici potest, *Ecclesiam esse corpus Christi.* 1 Cor. 12. 27. Eph. 1. 22, 23. Col. 1. 18, 24.

M. *Verùm magis hoc perspicuè pluribúsque verbis dicito.*

*A.* Ecclesia est corpus reipublicæ Christianæ, hoc est, universa multitudo consociatióque piorum omnium, quos Deus per Christum ad vitam sempiternam ex omni æternitate designavit. Ro. 12. 5. &c. 1 Cor. 12. 12, 13. &c. 20. 26. Ephes. 1. 4, 5 & 3. 9, 10. Matth. 25. 34. Matth 16. 18.

M. *Quam ob causam hunc articulum Symbolo additum esse putas?*

*A.* Quoniam quidem non solùm nequicquam Christus mortem oppetiisset, si non existeret Ecclesia, sed etiam, quæ hactenùs dicta sunt universa, supervacanea forent, & ad nihilum recasura.

M. *Quamobrem?*

*A.* A principio ad hunc usque locum salutis causas recensuimus, nominatim verò, quòd Deus nos, propter Christi meritum diligat, & benevolentia complectatur: prætereà, quòd hujus gratiæ, in quam cum Deo reconciliati sumus, Act. 20. 28. 1 Cor. 12. 12, 13. &c.

 efficaci-

διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείας ἐπήβολοί ἐσμεν. ταῦτα δὲ πάντα εἰς οὐδὲν ἄλλο τείνει, ἢ τὸ εἰς ἐκκλησίαν τινα, τοῦτ' ἔστιν ὅμιλον τῶν πιστῶν, οἱ τὰ θεῖα ταῦτα χαρίσματα δέχονται.

Δ. Διὰ τί τὴν ἐκκλησίαν ταύτην ἁγίαν ἀποκαλεῖς;

Μ. Ινα ἐντεῦθεν ἀπ' ἀσεβοῦς τῶν ἀπίστων χοροῦ διάγνωσιν ἔχῃ. ὅσους γὰρ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο, ἐκείνους εὐσεβείᾳ καὶ τρόπων καλοκαγαθίᾳ ἐκόσμησεν

Δ. Αυτη δὲ, ἣν τῇ ἐκκλησίᾳ προσάπτεις, ἁγιότης, μῶν παντελῶς τελεία ἐστὶ καὶ ὁλόκληρος;

Μ. Ουκ· ἐφόσον γὰρ τὸν θνητὸν τοῦτον ἐνδιατρίβωμεν βίον, οὕτως ἀσθενής ἐστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ὥστε μὴ ἱκανοὺς ἡμᾶς εἶναι πάσης ἁμαρτίας ὅλως καθαρεύειν. διὸ ἡ τῆς ἐκκλησίας ἁγιοσύνη οὐκ ἔστιν ἀκριβῶς ἐντελὴς καὶ τοιαύτη ὥστε μηδενὸς προσδεῖσθαι, εἰ καί γε καλῶς μὲν ἔχει τῆς τελειότητος. ἀλλ' ἐπειδὰν τῷ Χριστῷ, ἀφ' οὗ πᾶσαν τὴν εὐπρέπειαν καὶ κόσμον λαμβάνει, παντελῶς συνενωθῇ, τότε μὲν ἁγνείαν καὶ ὁσιότητα πάντως τελείαν οἱονεί τι ἱμάτιον λευκότατον καὶ λαμπρότατον ἀμφιέξεται.

Δ. Τίνος χάριν τῇ ἐκκλησίᾳ προσάπτεις τὸ τῆς καθολικῆς ὄνομα;

Μ. Οτι οὗτος ὁ χορὸς καὶ σύλλογος τῶν εὐσεβῶν οὐδεμίᾳ τακτῇ χώρᾳ ἢ χρόνῳ περιορίζεται, καὶ περιγέγραπται, ἀλλὰ σύμ-

παντα

efficacitate spiritus sancti participes reddimur. Verùm ista hunc unicum habent exitum, ut instituatur Ecclesia, hoc est, concilium fidelium, in quos divina hæc munera conferantur. Ephes. 1. 3, 4, 5. &c. 11 &c. & 3. 9, 10. 21. &c. 5. 25. 1 Tim. 3. 15. &c.

M. *Quare hanc* Ecclesiam *vocas* Sanctam?

*A.* Vt hac nota ab impia incredulorum turba internoscatur. Quotcunq; enim delegit Deus, eosdem pietate morúmq; integritate imbuit. Rom. 8. 29, 30 1 Cor. 14. 33. Ephes. 1. 4, 5. 11, 12. &c.

M. *Ista, quam Ecclesiæ aßignas, sanctitas, estnè jam in omni genere perfectè absoluta?*

*A.* Nondum. Quamdiu enim mortali hac conditione vivitur, ea est humanæ naturæ infirmitas, ut parùm validis viribus simus, ad omnem usquequáque culpam effugiendam. Proindè Ecclesiæ sanctimonia non est adhuc plenè cumulatéque perfecta, veruntamen probè instituta. Sed quando cum Christo, à quo nitorem & splendorem omnem obtinet, penitùs copulata fuerit, jam tandem innocentia & sanctitudine omnibus suis numeris planè expleta, ut vestitu quodam candidissimo nitidissimóque exornabitur. Rom. 8. 26. 1 Cor. 13. 9. &c. 2 Cor. 12. 5, 9 1 Cor. 13. 10. &c. & 15. 52, 53. &c. Eph. 5. 26, 27. Apoc. 19. 8. & 20. 2. 10, 11. &c. 27.

M. Ecclesiam *cur appellas* Catholicam?

*A.* Idem valet, atq; si universalem vocarem. Hæc namq; multitudo & conventus piorum non habet definitam aliquam

σαύτα τὸν ἀριθμὸν περιέχει τῶν εὐσεβῶν ὅσοι ἀπ' ἀρχῆς τοῦ κόσμου ἐν πᾶσι τόποις καὶ χρόνοις ἢ πρότερον ἔζησαν, ἢ νῦν ζῶσιν, ἢ καὶ ὕστερον ζήσουσιν· ὅπως ἓν ᾖ τῆς ἐκκλησίας σῶμα, καθὼς καὶ εἷς Χριστός ἐστιν, ἡ μόνη τοῦ σώματος ἐκείνου κεφαλή.

Δ. Νῦν μοι σαφήνισον τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ εὐθὺς ἐπισυνάπτεις, ἡμᾶς πιστεύειν τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων;

Μ. Ουτων πνῶν ἐν παντὶ ἔθνει καὶ διὰ πάντας χρόνους καὶ αἰῶνας, ὅιτινες τὸν Θεῷ εὐσεβῶς καὶ ὁσίως λατρεύοντες διατελῶσιν, ἐκεῖνοι σύμπαντες καίτοι ἐκ πολλοῦ τόπων καὶ χρόνων διαστήματος ἀλλήλων ἀποσχισθέντες, ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ σώματός εἰσι μέλη, ἑαυτοῖς οἰκειότατα συνημμένα, οὗ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τυγχάνει ὤν. τοιαύτην οἱ εὐσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων πρός τε τὸν Θεὸν καὶ πρὸς ἀλλήλους συνάφειαν ἔχουσι. τῇ γὰρ πνεύματος καὶ πίστεως, καὶ ἱερῶν μυστηρίων, καὶ προσευχῶν, καὶ συγγνώμης ἁμαρτιῶν, καὶ αἰωνίου εὐδαιμονίας, καὶ δὴ καὶ πάντων τῶν τοῦ Θεοῦ δώρων, ὧν ἡ ἐκκλησία διὰ Χριστοῦ κέκτηται, κοινωνίᾳ ἀλλήλοις ὅτι μάλιστα συνένωνται· ἔτι δὲ ἀγάπῃ καὶ φιλίᾳ, μὴ προσποιητῇ, ἀλλὰ γνησίᾳ ἀλλήλους συνέχουσιν. Ἐπειδὴ δὲ αὕτη ἡ τῶν εὐσεβῶν κοινωνία οὐδεμίαν ἑαυτῆς παρέχει τοῖς ἀνθρώποις αἴσθησιν, ὁμοίως ἄλλαις τῶν ἀνθρώπων συναγωγαῖς

regionem aut tempus, cujus terminis septus teneatur: verùm piorum, qui à mundi fabricatione omnibus locis atq; temporibus vixerunt, vivúntue, aut victuri sunt, numerum integrum comprehendit: ut unum sit Ecclesiæ corpus, sicut unus est Christus, corporis illius unicum caput.

Matth. 28.19 Act. 2. 5,9,10 &c. 1 Cor. 12. 12, 13. &c. Eph. 1. 22,23. & 2. 12. etc. & 4. 4,5. etc. 15. 16. Colos. 1. 18.

M. *Nunc te explicare volo, quamobrem sanctæ Ecclesiæ Catholicæ continuò subjungas, nos* CREDERE SANCTORUM COMMUNIONEM.

*A.* Quum ubiq; terrarum & gentium, omnibúsq; temporibus & seculis, habeat Deus, qui piè ipsum sanctéq; colant, universi illi, quamvis intervallis locorum & temporum longè disjuncti, unius tamen ejusdémq; corporis, cujus est Christus caput, partes sunt summa inter se conjunctione devinctæ. Tanta est sanctis hominibus & cum Deo, & inter se communio. Namque spiritus, fidei, sacrorum mysteriorum, precationum, condonationis criminum, beatitudinísque sempiternæ, atque adeo universorum divinorum donorum, quibus Ecclesia per Christum fruitur, communicatione sunt inter se quàm maximè conjuncti. Charitate prætereà, amicitiáq; non simulata, sed concordi, sese mutuò complectuntur. Quoniam verò ista piorum communitas in sensum intelligentiámq; humanam, perindè atq; aliæ conjunctiones consociationésque hominum,

1 Cor. 12. 12. etc. 20. etc. 26. etc. Eph. 4. 15,16. Colos. 1. 18. & 2. 19.

Ephes. 4. 3, 4. 15. 16. Coloss. 2. 19.

Matth. 22. 39 Ioh. 13. 34, 35. Ro. 12. 5. etc. 1 Cor. 10. 24. & 13. 4,5. etc. 2 Cor. 11. 28, 29.

καὶ ὁμιλίαις, εἰκότως ἐν τοῖς πιστευτέοις ἀριθμεῖται.

Δ. Αὕτη δὲ, ἧς μνημονεύεις, ἐκκλησία μῶν ὁρατή ἐστιν ἢ ἀόρατος;

Μ. Ἐν ταύτῃ τῆς πίστεως ἐξομολογήσει ὁ λόγος ἐστὶν ἐξαιρέτως περὶ ἐκείνου συλλόγου τῶν ἀνθρώπων, ὧν ὁ Θεὸς κρυπτῇ βουλῇ ἑαυτῷ διὰ Χριστοῦ ἐξελέξατο· καὶ αὕτη μὲν ἡ ἐκκλησία οὐδὲ ὁρᾶται ἀεὶ, οὐδὲ ἐκ σημείων φανερὰν ἔχει τὴν διάγνωσιν. Ἔστι δὲ καὶ ὁρατή τις ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, ἧς τὰ γνωρίσματα καὶ σύμβολα εἰς φανερὸν προφέρει.

Δ. Ποία γοῦν ἐστιν αὐτή;

Μ. Ὅπου ποτὲ γῆς τὸ τοῦ Χριστοῦ σωτήριον εὐαγγέλιον καθαρῶς καὶ εἰλικρινῶς κηρυχθῇ, καὶ εὐχαὶ Θεῷ προσφέρωνται ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ ὀνόματι, καὶ τὰ ἱερὰ μυστήρια ὀρθῶς ἐπιτελῶνται, καὶ ἡ ἐκκλησιαστικὴ τάξις προσηκόντως διατηρῆται, ἐκείνη τῶν Χριστιανῶν ἀνθρώπων συναγωγὴ αὐτόθι συνειλεγμένη ἡ ὁρατὴ λέγοιτο ἂν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία.

Δ. Ἢ οὖν ἅπαντας τοὺς εἰς τὴν ὁρατὴν ταύτην ἐκκλησίαν συλλεχθέντας τοῖς εἰς αἰώνιον σωτηρίαν εἰσπεποιημένοις ἐγγράφειν προσήκει;

Μ. Ὑποκριταὶ οὐκ ὀλίγοι σχῆμά τι εὐσεβείας κενὸν ἔχοντες εἰς τοῦτον ὑποδύονται τὸν ὅμιλον, εἰ καὶ πορρωτάτω ὄντες τοῦ εἶναι ἀληθινὰ τῆς ἐκκλησίας μέλη· ὅμως γοῦν ἐπειδὴ ὁπουδήποτ᾽ ἂν ὁ θεῖος λόγος ἀκιβδήλου τύχῃ τῆς ἑρμηνείας, καὶ τὰ ἱερὰ

μυστήρια

num, non cadit, jure hic inter ea, quæ creduntur, locum habet. Gal. 6. 2. Phil. 2. 1, 2. &c.

M. *Hæc, quam commemoras, Ecclesia, conspicuáne est, an non conspicua?*

*A.* In hac fidei confessione præcipuè tractatur de cætu illorum, quos Deus occulto arbitrio sibi per Christum delegit: quæ Ecclesia neque in conspectum cadit, neque ejus ostendi indicia semper possunt. Est tamen aspectabilis quædam, quæque cerni possit Ecclesia Dei, cujus nobis notiones atque insignia palam profert & proponit. Rom. 8. 29, 30, 33. Ephes. 1. 4, 5. &c. 11. Colos. 3. 12.

M. *Quænam ea sunt?*

*A.* Vbicunque gentium Euangelium Christi servatoris purè declaratur, Deo Christi nomine preces verè adhibentur, sacra mysteria rectè celebrantur, disciplináque ecclesiastica ritè exercetur, ille Christianorum hominum cætus ibi congregatus, est aspectabilis Christi Ecclesia. Esa. 55. 10, 11 Luc. 24. 47. Ioh. 14. 13, 14. & 15. 16, & 16. 23. Rom. 10. 8, 9. 1 Cor. 11. 20 21, 23. &c. Matth. 18. 16. 17, 19, 20. & 28. 19.

M. *Suntne igitur universi, qui in hanc spectabilem Ecclesiam conveniunt, numero destinatorum ad vitam sempiternam accensendi?*

*A.* Hypocritæ nonnulli specie quadam assimulatæ sanctitatis in hunc sese conventum insinuant, qui tamen longissimè absunt à veris Ecclesiæ membris. Quanquam, quoniam ubicunque verbum Dei verè explicatur, & sacra mysteria sanctè Matth. 13. 19 &c. 25. &c. 47. &c. Esa. 55. 10. 11 Matth. 28. 19. &c. ut supra.

 cele-

μυστήρια εὐλαβῶς τελῶνται, ἐκεῖ τινὰς τῶν εἰς σωτηρίαν προωρισμένων εὑρεθῆναι ἀνάγκη, τὸ ὅλον ἐκεῖνον συναθροισμὸν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν εἶναι λέγομεν, ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸς δυσὶν ἢ τρισὶν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ συνηγμένοις παρὼν ἔσεσθαι ἐπαγγέλλεται.

Δ. Διὰ τί τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν παραζευγνύεις;

Μ. Πρῶτον, ὅτι αἱ κλεῖς δι᾽ ὧν ὁ οὐρανὸς καὶ κλείεται καὶ ἀνοίγεται, τουτέστιν ἡ ἐξουσία τοῦ δῆσαι καὶ τοῦ λῦσαι καὶ τοῦ κρατεῖν τε καὶ ἀφιέναι ἁμαρτίας, ἥτις δηλαδὴ ἐν τῇ τοῦ Θείου λόγου οἰκονομίᾳ τίθεται, ἣν καὶ ὁ Χριστὸς τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν, ἐν αὐτῇ ἰδίως διαμένει· εἶτα δὲ, ὅτι οὐδεὶς τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως ἐπιτυχεῖν οἷός τ᾽ ἂν εἴη, ἐὰν μὴ γνήσιον τῆς ἐκκλησίας, ἣ τοῦ Χριστοῦ σῶμά ἐστι, μέλος ᾖ, καὶ τὴν κοινὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμιλίας συνάφειαν ἐπιμελῶς, καὶ ἀκριβῶς, καὶ εὐσεβῶς, ἔτι καὶ συνεχῶς καὶ ἄχρι τέλους σώζῃ καὶ διαφυλάττῃ.

Δ. Τοῖς γοῦν τῆς ἐκκλησίας ἀπεξενωμένοις οὐδεμία ἐλπὶς ὑπόλοιπός ἐστι σωτηρίας;

Μ. Τοῖς ἔξω τῆς ἐκκλησίας γινομένοις οὐδὲν ἄλλο πρόκειται ἢ κατάκρισις, καὶ θάνατος, καὶ πανωλεθρία. τὰ γὰρ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ σώματος ἀποτμηθέντα καὶ ἀποσπασθέντα μέλη οὐδεμίαν ἔχει τοῦ βίου ἐλπίδα.

Δ. Τὸ ἄφεσις τί δηλοῖ;

Μ. Δηλο-

celebrantur, ibi semper sunt aliqui saluti per Christum destinati, universam illam frequentiam Ecclesiam Dei esse interpretamur: quum & Christus ipse duobus tribúsve, qui ipsius nomine convenerint, præsentem sese adfuturum spondeat. Matth. 18. 19, 20.

M. *Quare Ecclesiæ* Remissionem peccatorum *subjicis?*

*A.* Principio, quòd claves, quibus cœlum tum clauditur, tum aperitur, hoc est, jus illud obligandi & solvendi, reservandi & condonandi crimina, quod est in administratione divini verbi positum, Christi munere donatum & commissum Ecclesiæ potestati, in ipsa propriè resideat. Deindè quòd nullus condonationem criminum impetrare possit, nisi qui Ecclesiæ, quæ est corpus Christi, pars verè fuerit: quiq; communem Ecclesiasticæ societatis conjunctionem diligenter, integrè, piéque, continenter etiam, & ad extremum servat & defendit. Matth. 16. 18 19. & 18. 17, 18. Ioh. 20. 22, 23. 1 Tim. 3. 15. Matth. 24. 13 Ioh. 15. 4, 5. etc. Col. 2. 18, 19.

M. *Ab Ecclesia igitur alienis non superest spes ulla salutis?*

*A.* Extra Ecclesiæ limen omnia sunt damnationi, morti, atque exitio obnoxia. Membra enim distracta divulsáque à capite atque corpore omni spe vitæ orbata sunt. Ioh. 15. 4, 5. etc. Col. 2. 18, 19. 1 Tim. 3. 15.

M. *Vocabulum* Remissionis *quam significationem habet?*

 *A.* Quòd

Μ. Δηλονότι τοὺς πιστοὺς συγγνώμης τῶν ἁμαρτιῶν παρὰ Θεοῦ τυχεῖν. ὁ Θεὸς γὰρ διὰ Χριστὸν, ὃς τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων δίκην ἔτισε, πᾶσι τοῖς ἐπ' αὐτῷ πεποιθόσι συγγνώμην τῶν ἁμαρτηθέντων δίδωσι προῖκα, καὶ τῆς κατακρίσεώς τε καὶ αἰτίας ἀπαλλάξας ἀφίησιν ἣν ὠφλήκασι τιμωρίαν.

Δ. Οὐ δυνάμεθα ἐκ τῶν καλῶν ἔργων, ὧν ποιοῦμεν, τὸν Θεὸν καταπραΰνειν, ὥστε καὶ ἀτιμώρητοι εἶναι ἀνθ' ὧν ἡμάρτομεν;

Μ. Εἷς μόνον Χριστὸς διὰ τοῦ πάθους καὶ θανάτου οὗ αὐτὸς ὑπέμεινε, τὴν προστεταγμένην τοῖς ἡμετέροις ἀδικήμασι τιμωρίαν ὑποτέτικε, καὶ τὸ χρέος ἡμῶν ἐξέτισε τῷ Θεῷ. ὁ Χριστὸς οὖν μόνος ἡμῖν πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεον ὁδοποιεῖ. ἡμεῖς δὲ τὸ μέγιστον τοῦτο δῶρον ἐκ τῆς μόνης αὐτοῦ χρηστότητος καὶ ἀγαθοσύνης προῖκα λαβόντες οὐκ ἐσμὲν οἷοι ὁπωσοῦν ὡς ἐν μισθαποδοσίας τάξει ἢ ἀποδοῦναι, ἢ ἀνταποδοῦναι.

Δ. Οὐδὲν οὖν ποιητέον ἡμῖν ἐστι, δι' οὗ συγγνώμης τῶν ἁμαρτανομένων τύχοιμεν ἄν;

Μ. Ὁ Θεὸς συγγνώμων τῶν ἁμαρτημάτων ἔσεσθαι ὑπισχνεῖται, ἐάν γε ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μετανοήσαντες τὸν βίον ἑαυτῶν ἐπανορθῶμεν, καὶ τὰς διανοίας ἀπὸ τοῦ πονηρῶς πολιτεύεσθαι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῷ μεταστρέφωμεν. μετανοίας οὖν καὶ ἐπανορθώσεως τοῦ βίου χρῄζομεν πρὸς τὸ μὴ κολάζεσθαι ἐπὶ τοῖς πεπλημμελημένοις ἡμῖν.

*A.* Quod videlicet à Deo impetrent fideles, ut peccata sibi ignoſcat: Deus enim Chriſti gratia, qui pro peccatis ſatisfecit, omnibus ipſi fidentibus gratuitam dat criminum veniam, & ex damnatione atque judicio ereptis commeritam pœnam remittit. Pſal. 32. 1, 2. Ioh. 3. 16, 17. Act. 13. 38, 39. & 26. 18. Rom 3. 24, 25, 28. Epheſ. 1. 7. Col. 1. 13, 14.

M. *Ad promerendam ergò peccatorum impunitatem, nónne benefactis noſtris Deo ſatisfieri poſſe putas?*

*A.* Vnus omninò Chriſtus cruciatu & morte ſua, quibus eſt affectus, ſupplicium noſtris maleficiis conſtitutum luit atque perſolvit, ſimúlque Deo nomine noſtro ſatisfecit. Solus igitur Chriſtus aditum nobis ad divinam clementiam patefacit. Penes nos, ſummo hoc munere ſola ipſius bonitate beneficientiáq; gratîs donatos, nihil eſt omninò quod ipſi invicem mercedis remunerationiſve loco vel deferamus vel referamus. Vt ſupra & Eſa. 53. 4, 5. Rom. 5. 8, 10. Gal 2. 16. Col. 1. 20, 21. 2 Tim. 1. 9, 10 Heb 9. 14, 15

M. *Nihil ne ergò prorſus ſupereſt à nobis præſtandum, ut criminum condonationem conſequamur?*

*A.* Deus nocentibus ſe crimina condonaturum pollicetur, modò pœnitendo errorem corrigant, atque deponant, mentéſque à vitæ nequitia revocent ad ipſius obſequium. Quamobrem pœnitentia correctióque vitæ nobis eſt neceſſaria, ut peccatorum impunitatem exoremus. Ier. 18. 8. Ezec. 18 22, 30, 31, 32. & 33 14. &c. Math. 4. 17. Luc. 5. 31.

M. *Pœni-*

Δ. Ἡ μετάνοια πόσα μέρη ἔχει;

Μ. Δεῖ ἡμᾶς πρῶτον τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα ἐπιγινώσκειν καὶ ἐξαγορεύειν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ δεινῶς λυπεῖσθαι καὶ αἰσχύνεσθαι ἐπὶ τῷ προσκόψαι τῇ μεγαλειότητι αὐτοῦ, ἔτι καὶ τὴν ἁμαρτίαν σφόδρα μισεῖν καὶ βδελύττεσθαι καὶ ἀποστρέφεσθαι ἀνάγκη. αὕτη δὲ ἡ λύπη ὑπό τινων Συντριψις καλεῖται.

Δ. Μῶν τι ἄλλο ἐστί;

Μ. Ὅπως μὴ ὑπὸ τῆς ἄγαν λύπης ἐν ἀπογνώσει γένωνται αἱ ἡμέτεραι φρένες, ἡ πίστις παραμυθεῖται καὶ βοηθεῖ, ἀγαθὴν καὶ βεβαίαν ἐλπίδα φέρουσα τοῦ τεύξεσθαι ἡμᾶς παρὰ Θεοῦ συγγνώμης τῶν ἁμαρτημάτων διὰ Χριστοῦ σωτῆρος. καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτὸ ἐν τῷ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν πιστεύειν διαβεβαιούμεθα.

Δ. Μῶν ὁ ἄνθρωπος ἐν τοσούτῳ φόβῳ καὶ λύπῃ γενόμενος ἑαυτὸν ἀπαλλάττειν αὐτῶν ἱκανός ἐστι;

Μ. Ἥκιστά γε. ὁ Θεὸς γὰρ μόνος τὸν πάσης ἐλπίδος ἐρημωθέντα ἄνθρωπον συνισχυείζει, καταβληθέντα καὶ κατατρωθέντα ἐπανίστησι καὶ εἰς ἐλπίδα σωτηρίας ἀνάγει· καὶ αὐτοῦ μόνου τῇ δυνάμει ὁ ἁμαρτωλὸς εἰς ἐκείνην, ἣν εἴρηκα, πίστιν καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν μετακαλεῖται.

Δ. Τὸ λειπόμενον τοῦ συμβόλου λέγε.

Μ. Πιστεύω ἀνάστασιν σαρκός, καὶ ζωὴν αἰώνιον.

Δ. Ὀλίγα περὶ τούτων ἐρήσομαί σε τὰ ἐν

τῷ

*Pœnitentia, ejus partes, confeßio, contritio.*

M. *Pœnitentia quas partes complectitur?*

*A.* Crimina nos primùm nostra agnoscere confiterique coram Deo oportet, acerbissimo etiam animi dolore angi pudoréque affici, quòd illius majestatem offenderimus, peccati præstereà odium intimum suscipere, illúdque detestari atque execrari oportet. Hic dolor à quibusdam *Contritio* nominatur.

M. *Ecquid amplius?*

*A.* Ne ex doloris magnitudine desperatio animos nostros occupet, fides eos consolatione sua sustentat, quæ veniæ, à Deo peccatis nostris per Christum servatorem impetrandæ, bonam certámque spem ostendit. Atque isthuc est, quod *peccatorum Remißionem, nos Credere* testificamur.

M. *An in tantam formidinem, atque in has angustias adductus homo, se ipse eripere valet?*

*A.* Nequaquam. Solus namque Deus hominem ab omni spe derelictum corroborat, prostratum & jacentem excitat, & in spem salutis restituit, cujus solius virtute peccator ad eam, quam memoravi fiduciam, sensúmque, atque cogitationem revocatur.

M. *Relliqua Symboli jam recense.*

*A.* Credo resurrectionem carnis, & vitam æternam.

M. *De istis perpauca sciscitabor, quòd* *quædam*

Psa. 32. 3, 4, 5 & 51. 3, 4.
Prov. 28. 13.
Luc. 15. 18, 21.
1 Ioh. 1. 8, 9.
Psal 6. 6, 7. & 31. 9, 10. & 38. 3, 4. etc. 8 etc. 17. 18. etc. & 51. 17.
1 Cor. 11. 31.
2 Cor. 7. 9. 10, 11. etc.
Mat. 27. 3, 4. etc.
2 Cor. 2. 6, 7, 8
Luc. 7. 38. 47. etc. & 15. 18, 20, 21. & 18. 13, 14 & 23. 42, 43. & 24. 47.
Act. 2. 37, 38. & 3. 19. & 16. 30, 31.
1 Tim. 1. 15, 16.
Psal. 23. 3. & 30. 10. & 51. 7, 8, 10, 11, 12 & 80. 3. 7. 18. etc.
Act. 11. 18.
2 Cor. 1. 3, 4.
2 Th. 2. 16, 17
2 Tim. 2. 25.
Mat. 22. 30.
Ioh. 11. 25. 26
1 Cor. 15. tot.

τῷ νῷ, ἐπειδὴ ἀνωτέρω περὶ τῆς ἐσχάτης κρίσεως θεωρῶν ἄττα εἴρηκας περὶ αὐτῶν. Πῶς δή, ἢ διὰ τί πιστεύεται ταῦτα;

M. Εἰ καὶ τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀνωλέθρους καὶ ἀθανάτους εἶναι βεβαίως ἐπιστεύομεν, ὅμως γε ἀδημονήσαιεν ἂν αἱ ἡμέτεραι φρένες, εἰ τὰ σώματα ἡμῶν παντελῶς ἀπολεῖσθαι ἀπὸ ψυχῆς χωριζόμενα ὑπελάβομεν. τοῦ γὰρ ἑτέρου ἡμῶν μορίου ἀπεστερημένοι οὐδέποτ' ἂν ἐδυνάμεθα τελείαν χαρὰν καὶ ἀθανασίαν κτήσασθαι· ὥστε οὐ τὰς ψυχὰς μόνον ἡμετέρας, ὅταν τὸν βίον τελευτήσωμεν, τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας ἀποσχισθείσας, ἄνω εὐθὺς εἰς οὐρανὸν πρὸς Χριστὸν καθαρὰς καὶ ἀδιαφθόρους φέρεσθαι πεπείσμεθα· ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα ἡμῶν ὁμοίως πάσης ἀπαλλαχθέντα διαφθορᾶς, καὶ εἰς ζωὴν εὐδαιμονεστέραν καταστάντα, τοῖς ἰδίοις σώμασι πάλιν συνενωθήσεσθαι, καὶ παραπλησίως τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ ὑπέρλαμπρα ἔσεσθαι ἐλπίζομεν. καὶ οὕτω τῆς τελείας εὐδαιμονίας ὁλόκληροι ἐφιξόμεθα, ζωῆς ἀϊδίου καὶ ἀθανάτου μακαριότητος εἰς τὸ διηνεκὲς ἀπολαύοντες.

Δ. Φὴς οὖν τὸν σωματικὸν θάνατον τοῖς πιστοῖς φοβερὸν μηδὲν φαίνεσθαι;

M. Ἔγωγε ὦ διδάσκαλε. ἀκριβῶς γὰρ πιστεύομεν θάνατον οὐκ εἶναι τῶν ὄντων ἀφανισμὸν τὸν πάντα διαφθείροντα καὶ ἀναιροῦντα, ἀλλὰ ὁδοποιὸν ἡμῖν εἰς οὐρανόν, ἡμᾶς εἰς ἤρεμον καὶ ἥσυχον

καὶ

*quædam de illis, quum de supremo judicio ageres, supra dixeris. Quorsum demùm hæc aut quamobrem creduntur?*

*A.* Quamvis humanas animas indissolubiles & æternas esse persuasum sit, mentes tamen nobis omninò conciderent, si existimaremus corpora nostra morte in nihilum interitura: ex alterius enim nostri patris desiderio laborantes, perfecto gaudio atque immortalitate, nullo unquam tempore plenè potiremur. Proindè nobis certò persuademus, non animas tantùm nostras, quum hanc vitam deserimus, à corporum consociatione solutas, sinceras atque incorruptas sursùm continuò in cœlum ad Christum ferri: sed & corpora etiam nostra omni liberata corruptione, & in fœliciorem vitæ conditionem revocata, cum animis iterum suis socianda, & instar corporis Christi splendida futura: atque ita ad perfectam beatitudinis absolutionem integri perveniemus, immortali vita, sempiternáque fœlicitate in perpetuum perfruentes.

1 Cor. 15. 14, 17, 18, 19.
Luc. 16. 22. & 23. 43.
Rom. 8. 11. 1 Cor. 15. 42. &c. 53. &c. Phil. 3. 21. 2 Cor. 5. 1, 2. 1 Thes. 4. 13, 14. &c.

M. *Mortem ergò corporis piis pertimescendam non esse putas?*

*A.* Certè preceptor. Est enim nobis persuasissimum, non esse mortem rerum deletricem, quæ omnia omninò perdit ac perimit, verùm ducem nobis in cœlum esse, quæ cursum nostrum ad placidam, quietam,

Vt supra & Luc 23. 43. Ioh. 11. 25. &c. Phil 1. 22, 23. &c. Apoc 14. 13.

καὶ μακάριον καὶ ἀθάνατον βίον ἀπευθύντας ὁδηγοῦντα.

Δ. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν περὶ τὸ σύμβολον, ἤγουν τὸ τῆς χριστιανικῆς πίστεως κεφάλαιον, ἑρμηνείαν εἰς τέλος ἤγαγες, νῦν εἰπὲ τί ἡμῖν ὄφελος γένηται τῆς πίστεως ταύτης.

Μ. Ἐξ αὐτῆς δικαιούμεθα παρὰ Θεῷ, ὅθεν τὴν τῆς αἰωνίου ζωῆς κληρονομίαν λαμβάνομεν.

Δ. Οὐκ ἄρα ἡ εὐσέβεια, ἣν τῷ Θεῷ ἀπονέμομεν, καὶ ἡ τῶν τρόπων παρ᾽ ἀνθρώποις καλοκἀγαθία καὶ ἀβλάβεια ἡμᾶς πρὸς τὸν Θεὸν καθαροὺς ποιεῖ;

Μ. Περὶ τούτου ἐν τῷ περὶ τοῦ νόμου λόγῳ, καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις εἴρηταί μοι πρότερον δι᾽ ὀλίγων. πάντων δὲ τὸ κεφάλαιόν ἐστιν, εἴτις ἱκανὸς ἦν τὸν πάντα ἑαυτοῦ βίον πρὸς τὸν κανόνα τοῦ θείου νόμου εὐσεβῶς διάγειν, εἰκότως ἂν ἐκ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐδικαιοῦτο. ἀλλὰ ἐπειδὴ ἐκείνης τῆς τελειότητος πάντων ἡμῶν ὁ βίος μακρὰν ἀπολείπεται, καὶ συνειδότες ἑαυτοῖς δεινῶς ἁμαρτωλοῖς οὖσιν ἀθύμως ἔχομεν, ἄλλον τινὰ τρόπον καὶ ὁδὸν ἄλλην ἀναζητεῖν ὀφείλομεν, δι᾽ ἧς τῷ Θεῷ καταλλαγῆναι δυναίμεθ᾽ ἄν, ἢ διὰ τῆς ἰδίας ἀξίας.

Δ. Τὴν ποίαν δή;

Μ. Μία ἡμῖν ὑπόλοιπός ἐστι καταφυγή, δηλονότι ἡ τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ εὐμένεια. ὅταν μὴ πρὸς τὰ ἡμῶν ἔργα ἢ ἀξίαν ἀφορῶν ἄμισθον ἡμῖν ἀγάπην διὰ Χριστὸν παρέχῃ, ὅθεν μὴ μόνον συγγνώμην

τῶν

quietam, fœlicem, perpetuámque vitam dirigit.

M. *Cùm verò Symboli, hoc est, summæ fidei Christianæ declarationem jam absolveris, narra mihi quem fructum ex ista fide percipimus.*

*A.* Ex ea justitiam in conspectu Dei consequimur, qua vitæ sempiternæ hæreditatem adimus. Rom. 3. 21, 22 etc. Gal. 2. 16. etc.

M. *Nónne igitur sanctitas, quam divino numini tribuimus, vitæque inter homines honestas & innocentia nos Deo integros exhibet?*

*A.* Isthuc anteà sub legis explicatione, aliisque item locis, breviter attigi. Summa autem, si ex legum divinarum præscripto, vitam quis sanctè agere omninò posset, jure ille bonorum operum ratione justus haberetur: sed quia ab illa absolutione nostra omnium vita longissimè aberrat, scelerúmque nostrorum conscientia convicti, animis succumbimus, aliam sequi rationem, viam indagare aliam debemus, qua in gratiam cum Deo reducamur, quàm nostris in ipsum promeritis. Rom. 7. 14, 15. & 8. 3. & 10. 5. & 11. 6. Gal. 2. 16. & 3. 10. etc.

M. *Quænam ea est?*

*A.* Vnum perfugium reliquum est, divina per Christum clementia, qua nullum omninò ad nostra opera, meritáve respectum habens, gratuita nos propter Christum charitate amplectitur, non criminum Luc. 8. 11, 12, 13, 14. Rom. 3. 24. etc. & 4. 4. etc. 16. Ephes. 2. 4, 5.

τῶν πλημμελημάτων ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ δικαιοσύνην διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως λαμβάνομεν οὕτως, ὥστε δι' αὐτῆς τῷ Θεῷ οὐχ ἧττον εὐαρεστεῖν, ἤπερ ἂν εἰ ἡμετέρα ἦν. Τοιγαροῦν πᾶσαν τὴν ἡμῶν δικαιοσύνην τῷ ἐλέῳ τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ ἀναθεῖναι προσήκει.

Δ. Πόθεν ἂν καταμάθοιμεν ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει;

Μ. Ἐκ τοῦ εὐαγγελίου, ἐν ᾧ αἱ ὑποσχέσεις τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ πεποιημέναι περιέχονται· αἷς ὅταν πιστεύωμεν, τουτέστιν ὅταν πληροφορηθῶμεν τὸν Θεὸν ἡμῖν ἵλεων γενήσεσθαι, καθάπερ ἄνω δι' ὅλου τοῦ συμβόλου διασεσάφηται, κύριοί πως γινόμεθα ταύτης τῆς εἰρημένης δικαιοσύνης.

Δ. Οὔκουν φῂς πίστιν εἶναι τὴν ἐξαίρετον τῆς δικαιοσύνης ταύτης αἰτίαν, ὥστε διὰ τὴν αὐτῆς ἀξίαν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τάξει δικαίων ἔχει;

Μ. Οὐ πάνυ οὕτω· γὰρ πίστει προσνέμοιτο ἂν τὸ Χριστῷ προσῆκον ἰδίως. ἀλλ' αὕτη ἡ δικαιοσύνη πρῶτον ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος, ὡς ἀπὸ πηγῆς ἀπορρεῖ, ὅθεν πρὸς ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ μετοχετεύεται, καὶ διὰ τοῦ εὐαγγελίου προσφέρεται, καὶ ἡμεῖς αὐτὴν πίστει ὥσπερ χειρὶ ἀποδεχόμεθα. Πίστις οὖν οὐκ ἀρχὴ, ἀλλ' ὄργανόν ἐστι τῆς δικαιοσύνης, ὅτι Χριστὸν, ὅς ἡμετέρα δικαιοσύνη ἐστὶ λαμβάνει, οὕτως ἡμᾶς πρὸς αὐτὸν συνάπτουσα, ὥστε ἐκεῖνος συμπάντων τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν ἡμῖν δι' αὐτῆς μεταδίδωσιν.

Δ. Πό-

modò nostrorum veniam, sed & justitiam Christi per fidem in ipsum, ita nobis tribuens, ut per eam, haud aliter ac si nostra esset, gratiosi apud ipsum simus. Dei igitur in Christo misericordiæ universam nostram justitiam acceptam referri oportet. 2 Tim. 1. 9. Tit. 3. 4, 5.

M. *Quomodo rem sic se habere cognoscimus?*

*A.* Ex Euangelio, in quo divina promissa nobis Christi nomine facta continentur, quibus cùm fidem tribuimus, hoc est, planè penitúsque persuasum habemus de divina erga nos bonitate, quemadmodum anteà in toto Symbolo est explicatum, istius, quam memoravi justitiæ quasi possessionem occupamus. Rom. 4. 9, 11, 14, 16, 20, 21. Gal. 2. 16, 20. & 3. 11. Heb 10. 38. &c.

M. *Non igitur affirmas Fidem præcipuam esse hujus justitiæ causam, ita ut propter illius merita Dei judicio justi censeamur?*

*A.* Nihil minùs: nam illud esset fidem in Christi locum supponere. Verùm hæc justitia primùm à divina clementia, ut à fonte, fluit, undè rivi ad nos per Christum deducuntur, per Euangelium verò defertur, nos autem eam fide, tanquàm manu apprehendimus. Itaq; fides non origo, sed instrumentum est justitiæ, quia videlicet, Christum qui est justitia nostra, complectitur, vinculis nos ita arctis cum Christo constringens, ut is omnia sua bona nobiscum per ipsam communicet. Ephes. 1. 4, 5, 6. &c. & 2. 4. &c. Tit 3. 4, 5. 6. Mar. 1. 14, 15 Ioh. 1. 12. Rom. 3. 22. &c. & 4. 16. 29. &c. 1 Cor. 1. 30. Heb. 9. 14. &c.

M. *Verùm*

Δ. Πότερον ἢ δύναται καλῶν ἔργων ἀμοιρεῖν, ᾧ προσόντων ἡ πίστις αὕτη;

Μ. Μηδαμῶς· πίστει γὰρ τὸν Χριστὸν παραλαμβάνομεν, ὃς ἡμᾶς οὐ μόνον ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τοῦ θανάτου ἐλευθεροῖ καὶ τῷ Θεῷ καταλλάττει, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμει πάλιν ἡμᾶς γεννᾷ, ὁσιότητος καὶ εὐσεβείας ἔρωτα καὶ ἐπιμέλειαν ἡμῖν ἐμποιῶν, ἣν τοῦ βίου ἀνακαινισμὸν ὀνομάζομεν.

Δ. Τοιοῦτον οὖν ἐστὶν ὃ λέγεις, ὅτι δικαιοσύνη καὶ πίστις καὶ ἔργα ἀγαθὰ φυσικήν τινα συνάφειαν ἔχει πρὸς ἄλληλα, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν μᾶλλον ἀφ' ἑαυτῶν χωριστέα εἶναι, ἢ Χριστὸς ὁ ἐκείνων ἐν ἡμῖν αἴτιος ὤν, ἀφ' ἑαυτοῦ διασπᾶται.

Μ. Αληθέστατα εἴρηκας.

Δ. Αὕτη γοῦν τῆς πίστεως ἔκθεσις τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς τῶν εὐσεβῶν ἔργων οὐκ ἀφίστησιν.

Μ. Οὐκ· ἐπειδὴ τὰ καλὰ τῶν ἔργων πίστει, ὡς τῇ ἰδίᾳ ῥίζῃ ἐπερείδεται. ἡ πίστις οὖν τοσοῦτον δεῖ τὰς ἡμῶν φρένας πρὸς τὸ σπουδαίως πολιτεύεσθαι ἀπροθύμους ποιεῖν, ὥστε καὶ προθυμίαν πολὺ μεγίστην ἡμῖν ἐμβάλλειν. καὶ μὴ τοῖς ἀληθῶς πιστοῖς ἐγγράφεσθαι ἀνάξιός ἐστιν, ὅστις ἂν οὐ κατὰ τὸ δυνατὸν πρὸς πάσας τε κακίας πολεμῇ, καὶ περὶ πάσας τὰς ἀρετὰς σπουδάζῃ, οὕτω συνεχῶς διάγων τὸν βίον, ὡς εὖ εἰδὼς ἑαυτὸν τῶν βεβιωμένων λόγον ὑφέξοντα ποτέ.

Δ. Σαφῶς οὖν εἰπὲ πῶς ἂν αἱ ἡμέτεραι

*Fides non est sine bonis operibus.*

M. *Verùm an cui hæc fides adest, illi deesse bona opera possunt?*

A. Minimè. Nam Fide Christum complectimur, qui nos non solùm à delictis morteque liberos reddit, & cum Deo reconciliat, verùm etiam divino spiritus-sancti numine, ac potestate de integro nos generat, & revocat ad integritatis pietatisque desiderium atque curam, quam nos vitæ novitatem nominamus. Rom. 6. 4. & 7. 6. & 8. 1. etc 9 10. etc. 2 Cor 5. 17. Ephes. 2 15. & 4. 23, 24. Col. 3 9, 10.

M. *Iustitiam igitur, Fidemque & bona opera naturalem quandam inter se conjunctionem habere affirmas, ob eámque causam non magis esse disjungenda, quàm Christus, eorum in nobis effector, à se ipse est separandus.* Rom. 5. 1, 2. 1 Cor. 13. 2. Ephes. 3. 17. Iacob. 2. 20. 1 Pet. 1. 19. 21. etc.

A. Verissimum est.

M. *Ista ergò Fidei explicatio humanos animos ab operibus officiisque pietatis minimè avocat?*

A. Nequaquam: bona enim opera Fidei, ut stirpi suæ, inhærent. Fides igitur mentes nostras in studio vitæ cum virtute colendæ, adeò non reddit hebetes, ut illarum potiùs aciem ad id quàm maximè exacuat: planéque in numero verè fidelium non est habendus, nisi qui, quantum viribus eniti potest, & vitiis omnibus repugnat, & ad omnes virtutes aspirat, ita se perpetuò gerens, ut qui vitæ suæ rationem à se esse repetendam intelligat. Psal. 1. 3. Mat. 7 17, 18 & 12 33, 35. Rom. 6. 1, 2, 3, 4. etc. Gal 5 6. Eph. 3. 17. etc. Col. 2 6, 7. Tit. 3. 18.

M. *Apertè igitur dicito, qua ratione*

*actiones*

πράξεις τῷ Θεῷ ἀρέσκειν δυνήσονται, καὶ ποίας ἀνταποδόσεως ἀξιοῦνται.

Μ. Τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις δύο προσεῖναι ἀνάγκη· πρῶτον, ἵνα τὰ ἐν τῷ θείῳ νόμῳ παραγγελλόμενα πράττωμεν· εἶτα, ἵνα ταῦτα ποιοῦντες, τὸν νοῦν καὶ τὴν πίστιν αὐτὴν παρεχώμεθα, ἣν ὁ Θεὸς παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖ. αὐτὸς γὰρ οὔτε ἔργα, οὔτε βουλὰς ἁστινασοῦν πλὴν διὰ πίστιν φιλικῶς ἀποδέχεται.

Δ. Ἐὰν οὖν καὶ τὰ ἀγαθὰ αὐτὰ τῶν ἔργων ποιῶμεν, καὶ διάνοιαν αὐτὴν καὶ πίστιν ἔχωμεν, ἣν ὁ Θεὸς προσέταξε, διὰ τί οὐκ ἂν ὦμεν ἄξιοι διὰ τὰ εὐσεβῆ ἔργα τοῖς δικαίοις εἰκότως ἐγκαταλέγεσθαι.

Μ. Τὴν δικαιοσύνην, ἣν ὁ Θεὸς δοκιμάζει, ἀκριβῶς τελείαν εἶναι, καὶ τῷ θείῳ νόμῳ παντελῶς συνᾴδειν δεῖ. τῶν δὲ ἡμετέρων ἔργων καὶ τὰ βέλτιστα τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ πολὺ διαφωνεῖ, καὶ διὰ πολλὰ ἐγκαλεῖσθαι καὶ ἀποδοκιμάζεσθαι ἄξιά ἐστιν. ὥστε δικαιοῦσθαι ἡμᾶς παρὰ Θεῷ ἐκ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἕν τι ἐστὶ τῶν ἀδυνάτων.

Δ. Ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος τὰς τῶν ἀνθρώπων διανοίας ἀπὸ τῶν εὐσεβῶν ἐπιτηδευμάτων ἀπάγειν φαίνεται, ἢ καὶ εἰ μὴ ῥαθυμοτέρας καὶ ὀλιγωροτέρας περὶ τὰς καλὰς πράξεις, ἀλλά γε ἧττον προθύμους καὶ ἀόκνους περὶ αὐτὰς ποιεῖν δοκεῖ.

Μ. Οὐ δῆτα· ἐδιδάχθημεν γὰρ παρὰ τῶν θείων γραφῶν ὅτι καθάπερ αἱ κακαὶ

*Doctrina de fide non avocat à bonis operibus actiones nostræ Deo placeant, & quomodo ille eas remuneret?*

*A.* In officiis pietatis duæ res sunt maximè necessariæ. Prior, ut ea agamus, quæ jure divino præcipiuntur: altera, ut in illis obeundis eum animum fidémque præstemus, quam à nobis Deus requirit. Neque enim ulla sive opera, sive consilia Deo grata esse queunt, nisi fide commendentur.

Deut. 4.1, 2. & 5. 31, 32. &c. Mar. 7. 6, 7, 8, 9. & 10. 17, 19. Ioh 14. 15, 21, 23. & 15. 10. Rom. 9 31, 32. & 14. 23. Heb. 11. 6.

M. *Si ergò & eadem illa bona opera, eáque etiam mente ac fide, quam Deus nobis præscivit, faciamus, quare operum piorum merito in justorum numero habendi non sumus?*

*A.* Iustitiam quam Deus approbet, planè cumulatéque perfectam, & juri divino usquequaque congruentem esse oportet: at nostra opera etiam absolutissima longè multúmque à legis divinæ præscriptione discrepant, plurimísque de causis tum accusanda sunt, tum condemnanda: Proindè justi censeri divino judicio factorum nostrorum ratione nequaquam possumus.

Luc. 18. 11, 12, 14. Rom. 3. 20. & 4. 2. Ioh 4. 18, 19. & 14 15, 16. & 25. 4, 5, 6. Esa. 64 6. Psal. 143. 2. Gal. 2. 16.

M *Verùm ista declaratio hominum interim mentes à sanctitatis studiis avertere, aut si non remissiores negligentiorésque in obeundis virtutis muneribus, at minùs saltem ad ea hilares atque impigras facere videtur.*

*A.* Nullo modo: edocuerunt enim nos sacræ literæ, quòd quemadmodum vitiosæ

Matth. 1. 16. 1 Pet. 2. 12.

ἡμῶν πράξεις αἰσχύνῃ τῷ Θεῷ προσάπτουσιν, οὕτω καὶ διὰ τῶν καλῶν ἔργων τιμᾶται ὁ Θεός. οὐδεὶς οὖν ἢ φόβος τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ κατακρίνεσθαι ἡμᾶς, ἢ καὶ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν πόθος τοσοῦτον ἡμᾶς ἢ τῶν κακιῶν ἀνείργειν, ἢ εἰς τὰ καλὰ προτρέπειν ἔδει ἄν, ὅσον ὀρρωδία τις μὴ ἀτιμίαν τινὰ τῇ τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητι ἐπιφέρωμεν, καὶ σπουδὴ ὅπως τὴν αὐτοῦ δόξαν αὐξήσωμεν, ἣν πάντων προτιμᾶν προσήκει. ὥσπερ γὰρ ἡ τῆς ἁμαρτίας λύμη δι' αὐτὸ μάλιστα ψεκτή ἐστιν, ὅτι τὸν Θεὸν καὶ τὰ ἱερὰ αὐτοῦ λόγια καταισχύνει, οὕτως ἡ ἀρετὴ ἐπαινεῖται καὶ ἐγκωμιάζεται δι' οὐδὲν μᾶλλον, ἢ ὅτι ἐντεῦθεν ὁ Θεὸς τιμᾶται. ἔτι, τὰ ἀγαθὰ ἔργα τοῖς πέλας ὠφέλιμά ἐστιν ἐν ἑαυτοῖς τε, καὶ διὰ τὸ εἶναι ὑποδείγματα ἄλλοις· καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς φιλίας, καὶ ὁμοίως τῆς ἡμετέρας εἰς αὐτὸν εὐχαριστίας, ἐν τῷ πειθαρχεῖν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, λαμπρὰ τεκμήρια παρέχει· ὡσαύτως καὶ τῆς πίστεως καὶ σωτηρίας ἡμετέρας σημεῖα ἔνδηλοι. οὐ γοῦν ἀνόνητα καὶ πρὸς οὐδὲν χρήσιμα εἶναι τὰ καλὰ ἔργα οἰητέον, διότι τῆς δικαιοσύνης οὐ τυγχάνομεν ἐξ αὐτῶν.

Δ. Εἰ δὲ τῶν ἡμετέρων ἔργων καὶ τὰ βέλτιστα κατὰ τὸν σὸν λόγον ἀτελῆ ἐστι, πῶς ἂν δύναιτο τῷ Θεῷ ἀρέσκοντα εἶναι, οὗ ἡ δικαιοσύνη ἐστὶν αὐτοτελειότης;

Μ. Πίστις Θεὸν τοῖς ἡμετέροις ἔργοις εὐνοϊκὸν παρέχει, πληροφορηθεῖσα αὐτὸν τὰ πρὸς ἡμᾶς μὴ κατὰ τὸ ἀκριβὲς τῆς δίκης

osæ nostræ actiones Deum ignominia afficiunt, ita bona opera nostra illius honori inserviunt: nullus igitur inferorum damnationísque terror, nulla cœli gaudiorúmque omnium expectatio, nos vel à vitiis adeò avocare, vel ad rectè faciendum allicere deberet, æquè atque formido contumeliam aliquam majestati divinæ imponendi, studiúmq; amplificandæ illius gloriæ, quam supra omnia semper magnifacere oportet. Nam sicuti peccati pestis est ob eam rem maxime horribilis, quòd Deo, & ejus sacrosancto verbo sit dedecori, ita virtutis summa laus decúsque in eo consistit, quòd Deo per illam honos habeatur. Præthereà opera bona proximis nostris tum reipsa, tum etiam exemplo prosunt: Divinique erga nos amoris, nostræque pariter in Deum gratitudinis, dum ejus præceptis paremus, clara indicia ostendunt: fidei item, & una salutis etiam nostræ signa patefaciunt. Non ergo inania nullíque prorsus usui esse bona opera censebimus, propterea quòd justitiam ex illis non adipiscamur.

Rom. 2. 24. 1 Tim. 6. 1. Tit. 2. 5. 2 Pet. 2. 2.

Matth 5. 16. 1 Pet. 2. 12. Mat. 12. 23. &c. Iob 14. 15, 21, 23. & 15. 10. Phil 2. 12. 1 Pet. 1. 9, 10. &c.

M. *Verùm cùm opera nostra vel optima, ut ipse asseris, imperfecta sint, quomodo Deo, cujus justitia est perfectio ipsa, accepta esse possunt?*

*A.* Fides est, quę Deum operibus nostris facit benevolum, dum persuasum habet, eum legibus nos & judiciali jure perse-

Rom. 9. 31, 32. Gal. 5. 6.

θήκης διαδικάσεσθαι, μήτε τῶν ἡμῖν πεπραγμένων λόγον ἀποτόμως εἰσπράξειν, μήτε κατὰ τὸ ἀκριβοδίκαιον αὐτὰ ἐξετάσειν. ἀλλὰ πᾶσι τοῖς αὐτῶν ἐλλείμμασι συγγνώμην νέμοντα, διὰ Χριστὸν ὡς αὐτοτελῆ ὄντα ἀποδέξεσθαι.

Δ. Ἐπειδὴ γοῦν ὁ Θεὸς διὰ πίστιν τό τε δικαίους εἶναι ἡμᾶς χαρίζεται, καὶ τὰ ἡμέτερα ἔργα δι' αὐτὴν εὐνοϊκῆς ἀποδοχῆς ἀξιοῖ· εἰπὲ νῦν πότερον φύσει ἡμῖν ἐγγινομένην τινὰ δύναμιν, ἢ καὶ ἄμισθον τοῦ Θεοῦ δῶρον εἶναι τὴν πίστιν νομίζῃς.

Μ. Θεοῦ γε τὸ δῶρον ἡ πίστις, καὶ μάλα ἐξοχόν τε καὶ ὑπερφυές ἐστι. καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμᾶς τῷ αὐτοῦ λόγῳ παιδεύων, καὶ ταῖς διανοίαις ἡμῶν τὸ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ φῶς λαμπρότατον ὑποφαίνων, ἱκανοὺς ἡμᾶς ποιεῖ μανθάνειν καὶ πιστεύειν, ἃ μὲν ἄλλως οὐκ ἐδυνάμεθα ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀφυΐας περινοεῖν. τοῦτο συνειδότες ἑαυτοῖς οἱ Ἀπόστολοι εὔχονται τῷ Κυρίῳ τὴν πίστιν αὐτῶν ἐπαυξῆσαι.

Δ Ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς ἐποιήσω τὴν μνείαν. ἐπεὶ γὰρ τὸν θεῖον νόμον τε, καὶ τὸ Σύμβολον, ἤγουν τὴν τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ἐξομολόγησιν ἱκανῶς διεσάφησας, ἑπόμενον ἂν εἴη διεξελθεῖν νῦν τὰ περὶ προσευχῆς καὶ εὐχαριστίας. Περὶ προσευχῆς δὲ τὸν λόγον ποιούμενοι ποίᾳ μεθόδῳ χρησόμεθα;

Μ. Ταύτῃ, εἰ μή σοι ἄλλως δοκῇ, ὦ διδάσκαλε· πρῶτον λέγωμεν παρ' οὗ· δεύτερον, ἐπὶ ποίαις ἐλπίσι· τρίτον, πῶς διακείμενοι· τελευταῖον, τί αἰτεῖσθαι ὀφείλομεν.

Δ. Πρῶ-

quuturum non esse, nec factorum nostrorum rationem strictè à nobis repetiturum, neq; accerrima justitię suæ norma ea examinaturum esse: verùm cunctis eorum defectibus condonatis, Christi gratia ut plenè perfecta esse accepturum. Heb. 11. 46. &c. totum. Psal. 130. 3. & 143. 2.

M. *Quando igitur Deus per fidem tum ut justi habeamur, nobis largitur, tum opera etiam nostra per eam sine offensione accipit: narra mibi, ingenitámne naturæ virtutem, an gratuitum Dei munus esse fidem existimas?*

A. Donum Dei, idq; eximium certè atque præcellens fides est. Nam Deus non verbo suo instituens, & mentibus nostris sancti spiritus sui lumen clarissimum præferens, aptos nos efficit ad ea discenda credendáque, quæ alioquin obscuræ intelligentiæ nostræ vis nullo modo capere posset. Quod percipientes Apostoli, a Domino precantur, ut fidem ipsis adaugeat. Mat. 16. 17. Mar. 9. 23, 24. Ioh. 9. 38, 39. 1 Pet. 1. 21. Luc. 24. 24, 27, 45, 46. Rom. 10. 8. 14, 16, 17. Colos. 1. 9. 1 Tim. 2. 7. Luc. 17. 5.

M. *In tempore ipso in precationis mentionem incidisti. Postquam enim legis divinæ, Symbolique, hoc est professionis fidei Christianæ declaratio est à te jam perfecta, superest ut proximo loco de oratione, gratiarumque actione dicatur. In expositione vero orationis, quæ est servanda distributio?*

A. Hęc, nisi aliter tibi visum fuerit, magister, ut primùm, à quo: deindè qua fidentia: tertiò, quo mentis affectu: postremò, quid sit precandum declaretur.

 M. *Prin-*

Δ. Πρῶτον οὖν εἰπὲ, τίνι νοῆς εὔχεσθαι δεῖν ἡμᾶς.

Μ. Ἑνὶ Θεῷ, καὶ ἄλλῳ οὐδενί.

Δ. Διὰ τί;

Μ. Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς μόνος τῆς ζωῆς ἡμετέρας καὶ τοῦ ἀσφαλίσματος, καὶ τῆς σωτηρίας, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τὸ κράτος ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἔχει, εὔλογον ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ καὶ αἰτεῖν καὶ προσδοκᾶν ἅπαντα, ὅσων χρείαν ἔχομεν, καὶ εἰς κινδύνους ὁποιουσδηποτοῦν καταστάντας πρὸς τὴν βοήθειαν αὐτοῦ καταφεύγειν.

Δ. Τίνος χάριν οὐκ ἔξεστι προσευχὰς ἀναπέμπειν τοῖς ἁγίοις ἢ τοῖς εὐσεβέσιν ἀνθρώποις τοῖς τελευτήσασιν ἤδη τὸν βίον, ἢ καὶ τοῖς ἀγγέλοις;

Μ. Ὅτι ὁ Θεὸς τὴν ἡμετέραν ἐκείνου μόνου ἐπίκλησιν, ὡς θεραπείαν τῇ αὐτοῦ μεγαλειότητι ἰδίως προσήκουσαν ἀπαιτεῖ, ἣν οὐ θέμις ἄλλῳ ἀπονέμειν.

Δ. Ἦ καὶ ἄλλο τί ἐστι;

Μ. Εἰ προσευχὰς ποιούμενοι ἄλλον ὁποιονδηποτοῦν παρὰ τὸν Θεὸν μόνον ἐπικαλεσαίμεθα ἄν, οὕτω ποιήσαιμεν ἄνευ πάσης ἀπὸ τοῦ Θείου λόγου πληροφορίας, καὶ ἀκολούθως τούτῳ ἄνευ πίστεως, ἥτις τῷ Θείῳ λόγῳ ἐρρίζωται· ὅπερ οὐκ ἂν εἴη εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα εὐσεβεῖν, ἀλλὰ δεινῶς αὐτῷ προσκρούειν.

Δ. Μέτιθι νῦν ἐπὶ τὸ διασαφεῖν πῶς ἂν ἡμεῖς, οἱ ἄνθρωποι ἄθλια πεφυκότες, καὶ παντοδαπῶς ὄντες ἀναξιώτατοι, τῷ ἀθανάτῳ δόξῃ ὑπερβάλλοντι Θεὸν προσειπεῖν θαρρῶμεν.

Οἵαν

M. *Principio igitur narra mihi quem putes precibus appellandum esse?*

*A.* Vnum Deum, præterea neminem.

M. *Quam ob rem?*

*A.* Quoniam Deus, vitam, præsidium, salutem nostram, bonáque universa solus in potestate ditionéque sua tenet, par est, ut omnia quæ nobis opus erunt, ab illo postulemus & expectemus, & ut in cunctis periculis in ejus tutelam perfugium habeamus. Psa. 17.7.&c. et 28. et 46. et 78. et 104. et 107 totus.

M. *Quare divos, sive pios homines, qui ex hac vita migrârunt, aut etiam angelos non precabimur?*

*A.* Quia Deus nostram sui solius implorationem, ut cultum, qui ad ipsius majestatem propriè & privatìm spectat, requirit, quam non licet alteri cuiquam tribuere. Psal. 50. 15. et 89. 26. Ioh 16. 23, 24 Esa. 48. 11.

M. *Ecquid prætereà?*

*A.* Si in precatione alium aliquem, præter solum Deum appellaremus, sine authoritate verbi divini, & quod consequens est, sine fide, quæ verbo Dei nititur, id faceremus: quod facere, non esset Dei numini pietatem tribuere, sed in ejus gravem offensionem incurrere. Rom. 10. 8, 14, 16, 17. et 14. 23. Heb. 11. 6.

M. *Perge nunc exponere, qua fidentia mortales misélli, qui multis modis sumus indignissimi, Deum immortali gloria præcellentem compellere audeamus.*

## ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ.

M. Ὅταν μέλλωμεν εὔχεσθαι, οὐ πρόσιμεν τῷ Θεῷ προπετῶς, ὡς ἄξιοι ὄντες ἐξακουσθῆναι· ἀλλὰ τὸ εἶναι ἀναξίους ἡμᾶς ἐπιγινώσκοντες, ἐπὶ τῷ Χριστοῦ τοῦ μεσίτου ὀνόματι προσήλυσιν ἔχομεν, οὗ τὴν ὑπερέντευξιν ποιουμένου τὸν Θεὸν πρὸς ἡμᾶς εὐνοϊκῶς ἕξειν ἐλπίζομεν.

Δ. Πῶς δὲ ταύτην, ἣν λέγεις, τὴν ἐλπίδα ἔλαβες;

M. Ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαις, αἵτινες ἡμῖν ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς διὰ Χριστοῦ πεποίηνται, πιστεύω, πάνυ πεπεισμένος ὅσα μετὰ βεβαίας πίστεως παρὰ Θεοῦ τοῦ πατρὸς, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ αἰτήσωμεν, ἐκεῖνα λήψεσθαι, ἐφόσον μέλλῃ ἡμῖν ὠφέλιμα εἶναι.

Δ. Νῦν δήλωσον πῶς τὸν νοῦν διατίθεσθαι ὀφείλομεν ἐν τῷ προσεύχεσθαι τῷ Θεῷ.

M. Ἐὰν ἡ τῶν ἡμετέρων ταλαιπωριῶν καὶ πλημμελημάτων, οἷς συνεχόμεθα, ἀνάμνησις μεγίστας, ὡς καὶ πρέπει, λύπας ταῖς διανοίαις ἡμῶν ἐμποιῇ, ἀνάγκη ὅλως ἐστὶ πάσης εὐχῆς ἄξιον ἡμῖν δοκεῖν, ἐκείνης ἀπαλλάττεσθαι τοῦ συνειδότος μερίμνης· καὶ οὕτω μετὰ πάσης προσλιπαρήσεως καὶ ἱκετηρίας καὶ διαπύρου τινὸς διαθέσεως τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεον καὶ ἐπικουρίαν αἰτήσωμεν.

Δ. Οὐκ ἀρκεῖ οὖν ῥήματα μόνον ἐκ τοῦ στόματος πέμπειν, ὅταν ποιώμεθα τὰς λιτάς;

M. Ὁ Κύριος ὑπισχνεῖται ἐγγὺς ἔσεσθαι καὶ βοήθειαν παρέξειν τοῖς ἀληθῶς τουτέστι τοῖς μετὰ μνήμονος ἐννοίας αὐτὸν ἐπιβοωμένοις· ἐκείνων γὰρ τὰς εὐχὰς ἀποδέξεσθαι· διὸ τὸν λόγον, ᾧ χρώμεθα προσευχόμενοι,

*Quo mentis ardore precandum.*

*A.* Precaturi, non in Dei conſpectum inſolenter nos damus, quaſi promeriti ut exaudiamur: Verùm noſtram indignitatem agnoſcentes, Chriſti Mediatoris nomine aditum habemus, quo deprecatore, divinæ majeſtatis benevolentiam nobis non eſſe defuturam confidimus.

Pſal 79. 8, 9. Dan. 9. 18. Ioh. 14. 13. & 16. 23, 24. Epheſ. 2. 18. 1 Tim. 2. 5. Heb. 4. 14, 16. & 10. 19. 22.

M. *Qua ratione in hanc, quam dicis, ſpem adduceris?*

*A.* Promiſſis divinis, nobis in ſacris literis per Chriſtum factis, fidem habeo, nihil dubitans, quæcunq; certa fide à Deo Patre Chriſti nomine precamur, quin ea quantùm quidem nobis conducent, exoraturi ſimus.

Mat. 21. 21, 22. Mar. 11. 22, 23, 24. Ioh. 14. 13. & 16. 23, 24. Heb. 10. 19, 22, 23. Iacob. 1. 6, 7. & 4. 3.

M. *Iam quo mentis ſenſu Deus implorandus ſit, declara.*

*A.* Si miſeriarum ſcelerúmq; noſtrorum quæ nos opprimunt, recordatio acerbiſſimos, ita uti par eſt animorum dolores nobis commoveat, fieri aliter non poteſt, quin omnibus exoptemus votis, ut ex illa conſcientiæ ſolicitudine, quæ nos ita vexat, eripiamur: atq; ita omni obſecratione, obteſtatione, ſummóq; mentis ardore, divinam miſericordiam & auxilium efflagitabimus.

Pſal. 6. & 38. totus. & 50. 15. & 124. totus. Rom. 7. 18. &c. & 8. 22, 23. 26. & 12. 12. 2 Cor. 5. 4, 5. Luc. 18. 1. 5, 7 Epheſ. 6. 18. Coloſ. 4. 2. 1 Tim. 2. 1.

M. *In precatione igitur verba ſolùm ex ore fundere ſatis non erit?*

*A.* Pollicetur dominus ſe propè adfuturū auxiliúmq; laturum iis ſolùm, qui verè ipſum, hoc eſt, memori mente implorant, eorum enim vota ſibi pergrata eſſe: quamobrem neceſſariū eſt eam orationem, qua

Pſal. 34. 15. & 145. 18, 19 1 Cor. 14. 7. 11, 14, 15.

μενοι, γνώριμον ἡμῖν εἶναι ἀνάγκη, ὥστε τὴν γλῶσσάν τε καὶ νοῦν ἀλλήλοις συμφωνεῖν.

Μ. Ωσπερ ἐν τῷ βαπτίσματι, ὡσαύτως καὶ ἐν Κυριακῷ δείπνῳ δύο ἐστὶ μέρη, ὧν τὸ μὲν γήϊνον καὶ αἰσθητὸν ἐστὶ, τὸ δὲ οὐράνιον καὶ ὑπὸ τὰς ἔξωθεν αἰσθήσεις μὴ πίπτον.

Δ Ποῖόν ἐστι τὸ γήϊνον καὶ ὁρατὸν μέρος;

Μ. Αρτος καὶ οἶνος, ὧν ἀμφοτέρων ἅπαντας ὁ Κύριος σαφῶς προσέταξε μεταλαμβάνειν.

Δ Τὸ οὐράνιον ἐκεῖνο καὶ πάσης σωματικῆς αἰσθήσεως πολὺ λίαν ἀπέχον μέρος ὁποῖόν ἐστι;

Μ Τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ἃ τοῖς πιστοῖς προσφέρεται ἐν τῷ Κυριακῷ δείπνῳ, καὶ ὑπ' αὐτῶν λαμβάνεται, καὶ ἐσθίεται, καὶ πίεται, οὐρανίῳ μόνον καὶ πνευματικῷ τρόπῳ, ἀληθῶς δὲ καὶ ὄντως. ὥστε καθὼς ὁ ἄρτος τρέφει τὰ σώματα, οὕτω τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ μεγίστην ἔχει δύναμιν

τοῦ

M. *Quem ad finem?*

*A.* Vt mortis Domini, beneficiíque maximi in nos per eam collati, recordationem grati & memores in perpetuum habeamus, utq; quemadmodum per baptismum de integro nati sumus, ita cœnæ Dominicæ nutrimentis educati, ad spiritualem æternamque vitam assiduè confirmemur. Atque ob eam ipsam causam ut semel in lucem edi, ita & baptismo semel expiari sat est: sed ut nutrimenti, itidem & cœnæ Dominicæ usus frequenter est iterandus.

Luc. 12. 19. 1 Cor 11. 24. 26. &c. Ioh. 6. 27, 32, 35, 48. &c. 54, 55. &c. 1 Cor. 10. 16.

M. *Quot sunt partes hujus sacramenti?*

*A.* Vt in baptismo, sic & in Cœna Dominica duæ sunt partes, quarum una terrestris est, & quæ sensibus percipi potest, altera cœlestis est, & quæ sub externos sensus non cadit.

M. *Quæ est terrena atque aspectabilis pars.*

*A.* Panis & vinum, quæ utraque expresso jussu Domini, sunt ab omnibus accipienda.

Mat. 26. 26, 27. Mar. 14. 22, 23. Luc. 22. 19, 20. 1 Cor. 11. 33, 35.

M. *Cœlestis illa pars, & ab omni sensu externo longè disjuncta, quænam est?*

*A.* Corpus & sanguis Christi, quæ fidelibus in Cœna Dominica præbentur, ab illisq; accipiuntur, comeduntur, & bibuntur, cœlesti tantùm & spirituali modo, verè tamen, atque reipsa: adeò quidem, ut veluti panis sustentandi corpora, sic corpus Christi animas nostras spirituali-
ter

Ioh. 6. 27. 35. &c. 48. &c. 63. 1 Cor. 10. 16. Psal. 10. 4. 15.

τοῦ πνευματικῶς βόσκειν τὰς ἡμετέρας ψυχάς. καὶ ὥσπερ οἴνῳ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων πρὸς χαρὰν ἐπεγείρονται, καὶ ἡ ἰσχὺς ἀναλαμβάνεται. ὡσαύτως αἱ ἡμέτεραι διάνοιαι τῷ τοῦ Χριστοῦ αἵματι διὰ πίστεως ἀναζωπυροῦνται. τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ δεχόμεθα ἐν τῷ Κυριακῷ δείπνῳ· Χριστὸς γὰρ ἅπασι τοῖς ἐπ᾽ αὐτῷ πεποιθόσι τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ οὕτω γνησίως ἀνακοινοῖ, ὡς σαφῶς ἔγνωσαν, ὅτι τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον στόματι καὶ γαστέρι παρεδέξαντο· ἔτι, τὸ Κυριακὸν δεῖπνον τῆς αἰωνίου ζωῆς ἡμῖν σημεῖα παρέχον, τῆς ἀθανασίας ἡμετέρας ἐνέχυρον, καὶ τῆς ἀναστάσεως ὁμήρευμά ἐστι.

Δ. Ἦ οὖν ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ οὐσίαν μεταβάλλεται;

Μ. Ἥκιστά γε· τοῦτο γὰρ ἂν εἴη τοῦ μυστηρίου, ὃ ἐκ γηΐνης ἅμα καὶ οὐρανίου ὕλης συνέστηκε, τὴν φύσιν ἀναιρεῖν· καὶ τὴν ἀλήθειαν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἀμφισβητήσιμον ποιεῖν· καὶ τοῖς τὸ μυστήριον ληψομένοις τοῦ ὀρρωδεῖν καὶ ἀποτροπιάζεσθαι αὐτὸ ἀφορμὴν παρέχειν.

Δ. Μῶν παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ τὸ δεῖπνον, ἵνα εἰς θυσίαν τῷ πατρὶ προσφέρηται εἰς καθαρμὸν τῶν ἁμαρτημάτων;

Μ. Μηδαμῶς· Χριστὸς γὰρ θάνατον ἐν τῷ σταυρῷ ὑπομείνας, τὴν μίαν καὶ αἰώνιον θυσίαν ἅπαξ εἰς τὸ ἀεὶ ὑπὲρ σωτηρίας ἡμετέρας ἔθυσεν· ἡμῖν δὲ ἐν τούτῳ μόνον λοιπὸν ἐποίησεν, ἵνα τὰ ὑπερβάλλοντα ἀγαθὰ ἐκ τῆς αἰωνίου θυσίας αὐτῆς ἡμῖν

γενόμενα

ter per fidem pascendi maximam habeat facultatem: & veluti vino mentes hominum lætitia excitantur, & reficiuntur vires, sic & animæ nostræ Christi sanguine per fidem recreatæ relevantur: hoc enim modo corpus & sanguis Christi in cœna Dominica recipiuntur. Christus enim omnibus, qui ipsi fidunt, tam certò corpus & sanguinem suum impertit, quàm pro certo habent, panem se atque vinum ore stomachóque accepisse. Cœna etiam Dominica vitæ nobis sempiternæ signa communicans, immortalitatis nobis nostræ pignus, atque resurrectionis obses existit. Ioh. 6. 54.

M. *An igitur panis & vinum in substantiam corporis & sanguinis Christi convertuntur?*

*A.* Nequaquam: nam hoc esset naturam sacramenti, in quo tum cœlestis, tum terrena materia continetur, delere: veritatémq; corporis Christi in dubitationem adducere: illísq; etiam, qui sacramentum sunt accepturi, reformidandi atque refugiendi occasionem offerre. Matth. 26. 26, 27. Mar. 14 22, 23. Luc. 22. 19, 20. 1 Cor. 11. 23, 24, 25, 26, 27, 28.

M. *An fuit instituta à Christo cœna, ut Deo patri hostia pro peccatis expiandis immolaretur?*

*A.* Minimè: nam Christus mortem in cruce occumbens, unicum illud sempiternum sacrificiū semel in perpetuum pro nostra salute obtulit, nobis verò unum hoc tantùm reliquum esse voluit, ut maximum utilitatis fructum, quem sempiternum illud Heb. 7 26. &c. & 9. 11. &c. 25 &c. & 10. 9, 10. 12. 14 18. Luc. 22. 19. 1 Cor. 11. 24, 25, 26.

γενόμενοι δ᾽ εὐχάριστοι καὶ μνήμονες ὄντες καρπώμεθα· τοῦτο γὰρ τῷ Κυριακῷ μάλιστα δείπνῳ προσιόντες ποιεῖν ὀφείλομεν.

Δ. Πῶς ἡμεῖς τὸ δέον ἡμῖν ποιήσομεν, ὅπως καλῶς τελῶμεν τὸ Κυριακὸν δεῖπνον;

Μ. Ἐὰν ἑαυτοὺς δοκιμάσωμεν, καὶ ἐξετάσωμεν εἰ ἀληθινῶς ἐσμὲν τοῦ Χριστοῦ μέλη.

Δ. Ἐκ τίνων τεκμηρίων τοῦτο γινώσκειν δυνηθῶμεν;

Μ. Πρῶτον, ἐπὶ τοῖς ἡμῖν προημαρτημένοις δεῖ σφόδρα μετανοεῖν· εἶτα, πληροφορηθέντας τὸν Θεὸν διὰ Χριστοῦ οἰκτίρμονα ἡμῖν ἔσεσθαι, ἀγαθὰς ἐλπίδας ἔχειν, καὶ ἐπὶ τῇ περιποιηθείσῃ ἡμῖν διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ σωτηρίᾳ εὐχαριστεῖν αὐτῷ ἡμᾶς προσήκει· ἔτι, ἐπιμέλειαν καὶ σπουδὴν πρόθυμον καὶ ἀμετακίνητον ποιεῖσθαι πρέπει ἁγίως καὶ ὁσίως τὸν ἐπίλοιπον διάγειν βίον· τὸ τέλος, ἐπειδὴ τὸ Κυριακὸν δεῖπνον τῆς ἀνθρώπων πρὸς ἀνθρώπους συναφείας καὶ ἀγάπης λαμπρὰ τεκμήρια ἀναδείκνυται, τοῖς πέλας, τουτέστι παντὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει εὔνοιαν, παντὸς μίσους καὶ φθόνου καθαρεύοντες ἀδελφικῶς ἐπιδείκνυσθαι ὀφείλομεν.

Δ. Ἐπειδὴ περὶ τῶν κυρίων τῆς Χριστιανικῆς πίστεως κεφαλαίων ἱκανῶς σοὶ, ὡς οἶμαι, νῦν διελέχθην, ἀποπειρᾶσθαι ἔτι σοῦ βούλομαι, ὡς συντόμως καὶ σαφῶς ἅπαντα τὰ προειρημένα ἀνακεφαλαιοῦσθαι δύνῃ.

Μ. Πρῶ-

illud sacrificium nobis præbet, grati ac memores percipiamus: quod quidem in cœna Dominica præcipuè præstare debemus. Heb. 13. 15, 16.

M. *Quomodo officio nostro satisfaciemus, ut ritè cœnam Dominicam celebremus?*

*A.* Si nosmetipsos excutiamus, exquiramúsque nunquid verè Christi membra simus. 1 Cor. 11. 28, 29. &c.

M. *Illud quibus signis cognoscemus?*

*A.* Initio, nobis, ob admissa peccata, vehementer est pœnitendum, deindè certa divinæ per Christum misericordiæ fiducia nixis atque confusis benè sperandum, partáque nobis per illius mortem salus gratissimis est animis prosequenda: prætereà, integrè in posterum, sanctéque vivendi studium nobis, & voluntas propensa atque constans suscipienda est: denique quando cœna Domini hominum inter homines consociationis atque amoris clara indicia ostendit, proximis, hoc est, toti humano generi, benevolentia, remoto procul omni odio atque invidia, fraternè est præstanda. Ier. 24. 7. & 29. 12, 13. Ioel 2. 12, 13 15. 16. &c. Luc. 22. 19. 1 Cor. 11. 24. 25, 26. Rom. 5. 5, 8, 9 & 8. 4, 5. 1 Tim. 1. 14, 15, 16. 1 Pet. 1. 13, 14 21, 22. & 4. 1, 2 3. Mat. 12. 37. Ioh. 13 34, 35. 1 Cor. 10. 17 & 13. toto.

M. *Quum de præcipuis fidei Christianæ capitibus satis multa, sicuti existimo, te jam interrogarim: experiri adhuc volo, quàm breviter atque expressè summam omnium, quæ sunt hactenùs tractata, possis exponere.*

*A.* Prin-

# ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Μ. Πρῶτον, ὁ θεῖος νόμος δέκα ἐντολαῖς περιειλημμένος τὸ τέλειον τοῦ ζῆν εὐσεβῶς κανόνα περὶ ὀφθαλμῶν ἐμοὶ τίθησι, πρὸς ὃν τὸν ἐμὸν βίον κατορθῶσαι καὶ πλάσασθαι ὀφείλω, προκειμένης, ἐὰν διαμάρτω, αἰωνίου κατακρίσεως ἀντὶ τιμωρείας· διὰ τοῦ νόμου γοῦν τὰ ἁμαρτήματά μου γινώσκω, καὶ Θεὸν ἐμοὶ δι' αὐτὰ ὀργισθῆναι, καὶ θάνατον ἀΐδιόν μου κατεγνωκέναι τὸν δίκαιον Θεὸν μανθάνω· ἥτις ἀνάμνησις δεινὴν ὀῤῥωδίαν καὶ φόβον ἐκ τῆς τῶν ἁμαρτιῶν αἰσθήσεως τῷ ἐμῷ νοῒ ἐμβάλλει· ὅθεν μήτε σοφίᾳ μήτε ἰσχύϊ μήτε δυνάμει τῇ ἐμῇ, μήτε ἀγγελικῇ τινὶ ἢ ἀνθρωπίνῃ βοηθείᾳ, μήτ' ἄλλῳ ᾡτινιοῦν τρόπῳ ἀπαλλάττεσθαι δυναμένῳ συνειδὼς ἐμαυτῷ, παρὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐδιδάχθην ὅτι Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας γενόμενος, τὰς ὀφειλομένας τῇ ἐμαῖς ἁμαρτίαις ποινὰς τῷ θανάτῳ αὐτοῦ ὑπέσχε, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πρὸς ἐμὲ ὀργὴν τῷ ἰδίῳ αἵματι ἀπέσβεσε. καὶ ἐμὲ πάλιν αὐτῷ κατήλλαξε, καὶ τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης μετέδωκε, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς συγκληρονόμον αὐτῷ κατέστησεν· ὧν ἁπασῶν τοῦ Χριστοῦ εὐεργεσιῶν διὰ πίστεως μετέχω, ἣν πίστιν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τῇ ψυχῇ μου ἐγέννησε διὰ κηρύξεως τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ τὴν αὐτὴν διὰ τῶν ἱερῶν μυστηρίων, τῶν ὁρατῶν καὶ σαφεστάτων σημείων καὶ ἐνεχύρων ὄντων τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ ἀγαθωσύνης, ἐβεβαίωσεν· ἣν καὶ δεῖ, ὡς ζῶν καὶ εὔφορον δένδρον, εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ἔργων τοὺς καρποὺς δι' ὅλου τοῦ βίου ἐκφέρειν πρὸς δόξαν τοῦ ποιοῦντα κα-

τηλ-

A. Principio, lex divina decem explicata præceptis, perfectam mihi ante oculos piè vivendi regulam proponit, ad quam vitam meam dirigere atque formare debeo, constituta, si uspiam aberrem, æternæ in me damnationis pœna: per legem igitur peccata mea, Deúmque ob ea ira in me incensum, & sempiternam mortem divina mihi justitia debitam esse agnosco: quæ cogitatio horribili formidine, timoréque ex peccatorum conscientia animum meum percellit: undè quum neque prudentia, neque viribus aut potestate mea, neque ulla humana, angelicáve ope aut auxilio, neque ullo alio modo, aut ratione posse me omninò liberari intelligam, Euangelium me edocet, Christum Dei filium, hominem sine peccato factum morte sua meritas debitásque peccatis meis pœnas persolvisse, Dei patris sui in me iram suo sanguine restinxisse, & me rursum in gratiam ipsius reconciliasse, suæq; justitiæ fecisse participem, & æternæ secum vitæ hæredem instituisse: quæ omnia Christi beneficia mihi per fidem communicantur: quam fidem spiritus sanctus in animo meo per prædicationem Euangelii inservit, eáque per sacra mysteria sua, aspectabilia certissimáq; indicia & pignora divinæ erga me per Christum bonitatis confirmavit. Quæ etiam fides, ut viva quædam atque ferax arbor, pietatis justitiæ, aliorúmque bonorum operum fructus in me per omnem vitam

Deu 4.1,2.13 Psal.19.6,7. & 119.4. Mat.19.16,17 Luc. 10. 25. 26,27, 28. Rom.2.12,13 & 3. 19,20. & 4. 15. Gal. 3. 10. 2 Cor.3 7.& 7 9,10.&c. Rom 1.15,16 Act. 13.38,39 Heb 1.4 5. & 9 9,12,14 & 10 2,3,4. Mat.1.20,21. Ioh 1.14,29. Esa. 53.4,5,6 10, 11. Ro 3. 24, 25. Col 1.20,etc. Ro 3.23.& 8. 14, 15, etc. & 10. 4. Gal. 2. 16. Rom. 10. 8, 14, 16, 17. 1 Cor. 12. 3, 6, 9. Matth. 28.19 20. Mar.16.15. 16 1 Cor. 10.16, 17. Psal. 1. 3. Mat.7. 17,18 Luc.1 74,75. Rom.6 1,2,3 Gal. 5. 8.

τηλικαῦτα εὐεργετοῦντός με Θεοῦ, καὶ εἰς ὠφέλειαν καὶ σωτήριον ὑπόδειγμα τοῦ πλησίον. Ταύτης δὲ τῆς πίστεως τὴν αὔξησιν, καὶ δύναμιν τοῦ εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ καὶ ταῦτα πάντα ποιεῖν παρὰ Θεοῦ τοῦ παρόδος πάντων ἀγαθῶν χορηγοῦ ὄντος διὰ συνεχῶν προσευχῶν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν αἰτεῖν ἐμὲ δεῖ, ἐπειδὴ αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ ἀσθενὴς λίαν καὶ ἀδύνατός εἰμι, καὶ χάριτας αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἀπονέμειν προσήκει ἐφ' αἷς ἔλαβον ὑπ' αὐτοῦ εὐεργεσίαις.

Δ. Ὁρῶ σε, ὦ παῖ, ταῖς τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ὑποθήκαις καλῶς ἠγμένον, καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτῆς φέροντα διὰ μνήμης. Λοιπὸν οὖν ἐστὶ πρὸς τοῦτον τῆς ὀρθῆς γνώσεως κανόνα τὸν τρόπον σοῦ οὕτως ἐπανάγειν, καὶ ἐφαρμόττειν, ὥστε νομισθῆναι ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀνωφελῶς τετυχηκέναι.

Μ. Τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἐμοὶ φέροντος, πᾶσαν ἐπιμέλειαν παρέξω, ὦ τιμιώτατε διδάσκαλε, καὶ οὐδὲν παραλείψω, ἐφόσον δυνατός ὦ, δι' οὗ τῆς προσηγορείας καὶ ἐπικλήσεως τοῦ ἀληθινῶς Χριστιανοῦ καταξιωθῶ. ἀλλὰ καὶ ταπεινὰς καὶ συνεχεῖς τῷ παντοκράτορι Θεῷ προσευχὰς ποιούμενος, αὐτοῦ δεήσομαι μὴ ἐᾶν τὴν θείκην τῶν αὐτοῦ παραγγελμάτων σπορὰν φθείρεσθαι διὰ τὴν τῆς ἐμῆς ψυχῆς, ὡς ἀγροῦ οὐδὲν ἐκφέροντος, ἀκαρπίαν, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ μου, ὥσπερ ἰσχυρῇ

καὶ

tam creare deberet, ad gloriam Dei, qui tot & tantis me beneficiis affecit, & ad utilitatem etiam atque exemplum salutare proximi. Cujus fidei incrementum, facultatémque placendi Deo, & ista omnia præstandi, me, qui ex me ipso maximè sum infirmus, atque imbecillus, continuis atque ardentissimis precibus à Deo patre bonorum omnium authore, in nomine filii sui Iesu Christi servatoris nostri, efflagitare, gratiásque illi maximas pro universis ab eo acceptis beneficiis assiduè agere oportet.

Mat. 5. 16. 1 Pet. 2. 12. Mar. 9. 23, 24 Rom. 1. 7. & 7. 15. & 9. 16. 1 Cor. 1. 3, 4. 2 Cor. 3. 5. & 15. 10. Phil. 2. 13. Ephes. 1. 5, 6. 2 Thes. 1. 12. Ioh 14. 13. & 15. 16. & 16. 23. 1 Cor. 10. 31. Eph. 3. 20, 21. Iud. 25.

M. *Intelligo mi fili, Christianæ pietatis præceptis te benè institutum esse, ejúsque summam memoria tenere. Reliquum est, ut ad istam rectæ intelligentiæ normam mores tuos ita formes atque accommodes, ne sine causa videri possis harum rerum scientiam esse consequutus.*

Mat. 13. 23. Luc. 12. 47. Rom. 1. 21, & 2. 13. Eph. 4. 20, 21 & 5. 8, 9. Phil. 1. 9, 10, 11. Col. 1. 5, 6, 9, 10. Tit. 1. 26. Iacob. 1. 22, 23, 25. & 4. 17. 2 Pet. 2. 20, 21

*A.* Deo mihi auxilium ferente, omnem adhibebo diligentiam, honorate magister, neque quicquam omittam, quantum quidem à me elaborari queat, quò appellationem titulúmque verè Christiani possim sustinere: quin etiam humili assiduáque prece atque obsecratione à Deo opt. max. suppliciter petam, ne divinam suorum præceptorum sementim, propter animi mei, quasi nihil ferentis agri sterilitatem interire patiatur, sed menti meæ, tan-

Luc. 11. 9. 13. & 1. 7. Iac. 1. 5, 6. Mat. 13, 19, 20. Ioh. 15. 16.

καὶ καρπῶν ἀγόνω ἀρούρα, τῷ οὐρανίῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ ὑετῷ ἀρδομένη τοιαύτην εὐφορίαν διδόναι, οἵαν πλείστους φύειν τῆς εὐσεβείας καρπούς, οἵτινες ἐν τῷ οὐρανίῳ καλιᾷ καὶ σιτοφυλακείῳ ἀποθησαυρισθήσονται καὶ φυλαχθήσονται.

Δ. Ταύτην, ὦ τέκνον, ἣν ἐβάδισας, διατέλει πορευόμενος τὴν ὁδὸν, πάνυ πληροφορηθεὶς, ὅτι καθὼς τὸν νοῦν καὶ προαίρησιν ταύτην τῇ θείᾳ χρώμενος ἐπιπνοίᾳ εἴληφας, ὡσαύτως ἐπὶ πέρας καλὸν τοῦ οὕτως εὐσεβῶς ἠργμένου ἐπιτηδεύματος μέλλεις ἥξειν αὐτοῦ ὁδηγοῦντος πρὸς τὴν σὴν αἰώνιον σωτηρίαν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, ᾧ ὁ ἔπαινος, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

ΤΕΛΟΣ.



quam macro & infœcundo solo, cœlesti suæ gratiæ imbre rigato, eam fertilitatem dare velit, ut uberrimas edam sanctitatis fruges in cœlesti horreo granarióque recondendas atque conservandas.

Psal. 1. 3. 1 Cor. 3. 9, 7. 2 Co. 9. 10, 14. & 13. 16, 17, 18. Mat 3. 12. & 13. 23. Ioh. 4. 36. Gal. 5. 22, 23.

M. *Perge mi fili, tenere istam viam, quam instituisti, nihil hæsitans, quin sicuti hoc consilium atque propositum divino instinctu motus cœpisti, ita ad exitum optabilem rationis atque instituti istius tui, tam sanctis à te initiis orsi, fœliciter sis ipsius ductu, perventurus, ad æternam tuam salutem, & Dei opt. max. gloriam, cui omnis laus, honor, gloria sempiternis est seculorum ætatibus tribuenda. Amen.*

2 Cor. 8. 10, 11. &c. Phil. 1. 6, 9. & 2. 13. Ro. 6. 22, 23. Matth. 5. 16. 2 Cor. 9, 10, 11, 12. Phil. 1. 11. 1 Pet. 2. 12.

FINIS.





# ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΟΡΘΡΟΝ.

Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

Ωρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι.

Η νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός.

Ως ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, καὶ ἐνδυσώμεθα τὸν Κύριον Ιησοῦν Χριστόν.

Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ἡμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ἡμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Λαμπρὰ καὶ ἀμάραντός ἐστιν ἡ σοφία, καὶ εὐχερῶς θεωρεῖται ὑπὸ τῶν ἀγαπώντων αὐτὴν, καὶ εὑρίσκεται ὑπὸ τῶν ζητούντων αὐτήν.

Φθάνει τοὺς ἐπιθυμοῦντας αὐτὴν, ἵνα φανερώσῃ ἑαυτὴν αὐτοῖς.

Ο ὀρθρίσας ἐπ' αὐτὴν οὐ κοπιάσει· πάρεδρον γὰρ εὑρήσει τῶν πυλῶν αὐτοῦ.

Η σοφία ὑπὲρ τὴν ἀφροσύνην, ὡς περισσεία τοῦ φωτὸς ὑπὲρ τὸ σκότος.

# ΨΑΛΜΟΣ ΟΡΘΡΙΝΟΣ.

Αἰνεῖτε παῖδες Κύριον, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου.

Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Ἀπὸ



## ADMONITIO MATVTINA.

*EXpergiscere qui dormis, & excitare à mortuis, & illucescet tibi Christus.* Esa. 5. 14.

*Tempestivũ est nos jam è somno suscitari.* Rom. 13. 11.

*Præteriit nox, dies appropinquat: abjiciamus igitur opera tenebrarum, & arma lucis sumamus.* 12.

*Honestè nos, ita ut in clara luce versantes decet, geramus: & Domino Iesu Christo induamur.* 13.

*Ita luceat hominibus vitæ nostræ splendor, ut nostra opera bona conspicientes, gloriam patri nostro cœlesti tribuant.* Mat. 5. 16.

*Sapientia res est excellentissima, & quæ nunquam evanescit: ab illis verò qui eam admirantur & exquirunt, facilè invenitur atque obtinetur.* Sap. 6. 13.

*Eos, qui ipsam expetunt, antevertit, ut sese illis ultrò offerat.* 14.

*Qui primo diluculò illi invigilat, non multùm laboris sustinebit: præsto enim illi ad portam erit, in foribus ejus assidens.* 15.

*Sapientia stultitiæ tam longè præstat, quàm lumen tenebris antecellit.* Eccles. 2. 13.

## PSALMVS MATVTINVS.

DEo tribuite laudem ô pueri, servi ejus: laudibus efferte nomen Domini. Psal. 113. 1.

*Nomen Domini gloriosè prædicetur: ex hoc tempore in omnem æternitatem.* 2.

Απὸ ἀνατολῶν μέχρι δυσμῶν, αἰνετὸν τὸ ὄνομα Κυρίου.

Σή ἐστι ἡ ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ. σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον.

Ημεῖς ἐκοιμήθημεν καὶ ὑπνώσαμεν καὶ ἐξηγέρθημεν, ὅτι σὺ ὦ Κύριε ἀντιλήπτωρ ἡμῶν.

Ο Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, πρός σε ὀρθρίζομεν· καὶ τὸ πρωῒ ἡ προσευχὴ ἡμῶν προφθάσει σέ.

Δοῦλοί σου ἐσμὲν ἡμεῖς ὦ Κύριε· συνέτισον ἡμᾶς, καὶ γνωσόμεθα τὰ μαρτύριά σου.

Γνώρισον ἡμῖν τὴν ὁδὸν ἐν ᾗ πορευσόμεθα, ὅτι πρός σε αἴρουμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Δίδαξον ἡμᾶς τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ὅτι σὺ εἶ ὁ Κύριος ἡμῶν· τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγησάτω ἡμᾶς ἐν ὁδῷ τῆς ζωῆς.

Ακουστὸν ποίησον ἡμῖν τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν.

Εμπλησθῶμεν τὸ πρωῒ τοῦ ἐλέους σου. καὶ ἡμεῖς ἀγαλλιασόμεθα, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν εὐφρανθησόμεθα.

Οτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή, καὶ ἐλπὶς ἡμῶν κύριε, ἐκ νεότητος ἡμῶν.

Επὶ σὲ ἐπεστηρίχθημεν ἀπὸ γαστρὸς, ἐκ κοιλίας μητρὸς ἡμῶν σὺ εἶ σκεπαστὴς ἡμῶν. ἐν σοὶ ἡ ὕμνησις ἡμῶν διαπαντός.

Ασόμεθα τῇ δυνάμει σου, καὶ αἰνέσομεν τὸ

Summa laude celebrandum est nomen Domini: ab ortu solis ad occasum. 3.

*Tuus O Deus, est dies, & tua est nox: tu præparasti lumen, & solem.* Psal. 74. 16.

In cubilibus nos collocavimus, somnóq; nos dedimus: & rursùm experrecti sumus, quoniam in tua O Deus, tutela latuimus. Psal. 3. 5.

*O Deus, tu es Dominus noster: summo mane te quærimus, & supplices ad tuum auxilium confugimus.* Psal. 63. 1. & 88. 12.

Servi tui sumus O Domine: ingenii lumen in nobis accende, ut tua præcepta intelligamus. Psa. 119. 125.

*Monstrato viam, qua nobis sit ingrediendum: ad te namq; mentes nostras erigimus.* Psal. 143. 9.

Institue nos, ut ea, quæ tibi grata sunt, faciamus: tu enim es dominus Deus noster, nomen tuum sanctum dirigat nos in viam, quæ deducit ad vitam. 21.

*Effice ut benignam tuam bonitatem matutinis temporibus sentiamus: in te enim positas omnes nostras spes habemus.* Psal. 143. 8.

Diluculo nos exple misericordia tua: & præ gaudio voces effundemus, & lætabimur omnibus diebus vitæ nostræ. Psal 90. 14.

*Tu enim Domine, is es, cujus desiderio tenemur: in tua fiducia ab ineunte ætate conquiescimus.* Psal. 71. 4.

Tuis subsidiis, ex quo primùm in lucem editi sumus, sustentamur: tu nos ex alvo materno eduxisti, tuam laudem & gloriam in perpetuum celebrabimus. 5.

*De tua potentia canemus, tuam benignitatem* Psal. 59. 16, 17.

πρωῒ τὸ ἔλεός σου· ὅτι ἐγενήθης ἀντιλήπτωρ ἡμῶν καὶ καταφυγὴ, ὁ βοηθὸς ἡμῶν, καὶ ὁ ἐλεήμων Θεὸς ἡμῶν.

Δόξα τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

Ὥσπερ ἦν ἐν ἀρχῇ, καὶ ἔστι νῦν, καὶ ἔσται ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

## ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΤΩΝ ΤΗΣ κλίνης ἀπανισταμένων.

Χάριν σοι ἔχομεν, ὅσην ὁ ἡμέτερος νοῦς δυνατός ἐστιν εἰδέναι, ὦ Θεὸς ὁ πατὴρ οὐράνιος ὤν, ὃς ἡμᾶς ἐκ πάντων τῆς παρελθούσης νυκτὸς κινδύνων καὶ κακῶν ἐκσωθέντας εἰς τὴν σήμερον ἡμέραν ἐφύλαξας, δεόμενοί σου καὶ σήμερον καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας δέξασθαι τὴν προστασίαν καὶ ἐπιμέλειαν. καὶ ὥσπερ τὴν ἀχλὺν τῆς νυκτὸς ἀποσκεδάσας ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι τὸν πάντα κόσμον ἐφώτισας, καὶ ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἀνέγειρας, οὕτω καὶ τὰς ἡμῶν διανοίας ἐκ τοῦ ἔνδοθεν τῆς ἀγνοίας σκότους εἰς φῶς ἐπαναχθείσας, καὶ τοῦ κάρους τῶν κακιῶν ἀπαναστάσας, ταῖς θεϊκαῖς τοῦ ἱεροῦ πνεύματός σου ἀκτῖσι, καὶ τῇ γνώσει τοῦ ἀγαπητοῦ υἱοῦ σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ ἀληθινοῦ ὄντος ἡλίου καταυγάσαι· ἵνα ἀπὸ τῶν τοῦ σκότους ἔργων ἀποκλίνοντες, καὶ ἅπαντα τὸν βίον πρὸς τὴν θεϊκὴν τοῦ σοῦ λόγου ἀλήθειαν ῥυθμίζοντες, ὡς ἐν τῷ λαμπρῷ φωτὶ, καὶ ἐν τῇ σῇ ὄψει ὄντες, σεμνῶς καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς, ὥσπερ ἡμέρας υἱοὶ πολιτευώμεθα·

καὶ

*tatem prima luce prædicabimus : tu enim nostrum præsidium, perfugium nostrum, nostrum propugnaculum, tu Deus noster clementissimus perpetuò extitisti.*

Gloria tribuatur Deo Patri, Filio, & Spiritui sancto.

Sicut à principio ad hunc usq; diem factum est, fiétque per infinitas seculorum ætates. Amen.

## *MATUTINA PRECATIO.*

GRatiam tibi quantam maximam animi nostri capere possunt, habemus Deus pater cœlestis, qui nos ab omni præteritæ noctis periculo atque discrimine salvos atque incolumes usque ad hodiernum diem conservasti, precamúrque ut hodiè etiam atque perpetuò in posterum salutis nostræ defensionem, atque patrocinium suscipere velis: & quemadmodum discussa noctis caligine, Solis luce mundum omnem complevisti, & nos è somno excitasti, ita & mentes nostras è tenebris internis ignorantiæ in lucem vocatas, & è vitiorum sopore suscitatas, divinis radiis sacrosancti spiritus tui, notitiáq; dilecti filii tui Iesu Christi servatoris nostri, veri illius Solis, illustrare digneris: ut ab operibus tenebrarum declinantes, omnémque vivendi cursum ad Divinam verbi tui veritatem dirigentes, nos, ut in clara luce, atque in conspectu tuo honestè, justéque & sanctè, ut diei filios geramus :

Psal. 3. 5. & 4. 8.
Psal. 91. 1, 2, 3. toto.
Psal 74. 16.
Psal. 4. 6. & 36. 9.
Ioh. 14. 26. & 16. 13.
Act. 26. 18.
2 Cor. 4. 6.
Ioh. 1. 5, 9. & 8. 12. & 12. 35.
Ro. 13. 12, 13.
Eph. 5. 8, 11.
Psa. 119. 105.
Luc. 1. 74, 75.
1 Tim. 6. 16.

καὶ ἐπὶ τέλει εἰς τὸ μαργειώτατον αὐτοῦ φῶς, ᾧ σὺ ἐνοικεῖς, τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ σου Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁδηγοῦντος ἡμᾶς, ἐρχώμεθα· ᾧ σὺν σοὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἐνὶ τιμιωτάτης μεγαλειότητος Θεῷ, ὁ ἔπαινος καὶ ἡ τιμὴ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΟΡΘΡΙΟΣ
τοῖς σπουδαίοις ἐπιτηδεία.

Μέγιστά σοι εὐχαριστοῦμεν ἐκ ψυχῶν ὦ Θεὸς, ὁ πατὴρ τῶν φώτων, καὶ πάντων ἀγαθῶν χορηγὸς ὢν, ὅτι τοῖς ἡμετέροις γονεῦσι καὶ προστάταις τὸν νοῦν τοιοῦτον ἐμβέβληκας, ὥστε παραδοῦναι ἡμᾶς τοῖς τὰ καλὰ τῶν μαθημάτων ἐπαγγελλομένοις διδασκάλοις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ, ἣ μάλιστα εὔκαμπτός ἐστι, καὶ ἐπιτηδειοτάτη πᾶν ἀγαθὸν μανθάνειν· ἱκετεύοντές σε μὴ ἐᾶν τάς τε καλὰς αὐτῶν ἐλπίδας, καὶ τὸν βέλτιστον τῆς ἡμετέρας ἡλικίας καιρὸν διὰ τὴν ἡμῶν ἀφυΐαν, καὶ ἀμέλειαν, καὶ ἀργίαν ἀπόλλυσθαι. Καὶ ἐπειδὴ ἡ ἡμετέρα ἀγρυπνία καὶ φιλοπονία καὶ σπουδὴ ἄνευ τῆς θεϊκῆς σου ἐπιπνοίας οὐδὲν ἀνύειν δύναται, ἀξιώσῃς διὰ τῶν οὐρανίων σου ἀκτίνων ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς καὶ διανοίαις οὕτως ἐπιλάμπειν, καὶ τοιοῦτον ἡμῖν τῆς σπουδαίας παιδείας καὶ σοφίας καὶ ἀρετῆς ἔρωτα ἐμποιεῖν, καὶ εὐμάθειάν τε οὕτω δεκτικὴν, καὶ μνήμην οὕτω φυλακτικὴν τῶν διδασκομένων παρέχειν ὥσθ' ἡμᾶς εὐθὺς ἐκ νέων ὑπ' ἀγαθοῖς παιδεύμασι καὶ μαθήμασιν ἠγμένους, καὶ ἐν ἀρετῇ ἐλευθερίως πεπαιδευμένοις, ἄνδρας

ἐν παι-

tandémque ad beatissimam illam lucem, in qua tu habitas, duce eodem filio tuo Iesu Christo perveniamus. Cui tecum & cum sancto spiritu, uni venerandæ majestatis Deo, laus, atque honor omnis in perpetuum debetur, Amen.

## PRECATIO MATVTINA *studiosis accommodata.*

MAximas tibi ex animis gratias agimus, Deus pater luminum, bonorum omnium largitor, quòd parentibus patronísque nostris hanc mentem dedisti, ut nos ea ætate quæ maximè flexibilis est, & ad optima quæque discendum opportunissima, in bonarum literarum disciplinam traderent: suppliciter à te petentes, ne illorum bonam de nobis spem, nostræque ætatis optimam partem, propter nostram ingenii tarditatem, negligentiam, & inertiam perire sinas. Et quia nostra vigilantia, industria, atque studium nihil sine divino instinctu tuo proficere valent, dignare cœlestibus tuis radiis mentibus ingeniísque nostris ita illucere, nósque eo desiderio & amore bonarum literarum, sapientiæ, atque virtutis afficere, eáque docilitate ad percipiendum, memoriáque ad percepta retinendum donare, ut in pueritia atque adolescentia nostra, bonis literis artibúsque, & virtutis præceptis liberaliter instituti, viri docti & pii, reíque publicæ,

Iac. 1. 17.
Eccles. 12 2.
Prov. 6. 6. 9. 24. 26.
Psal. 127. 2.
Ioh. 15. 4,5.
Psal. 4. 6. & 36. 9.
2 Cor. 4. 6.
Deut. 4. 9,10. & 31. 12,13.
Psal. 78. 3. 4.
Mar. 19. 13, 14.
2 Tim. 3. 15.

εὐπαιδεύτους καὶ εὐσεβεῖς, καὶ τῇ πολιτείᾳ ἅμα, καὶ τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ ὠφελίμους ἀποδειχθῆναι, εἰς τὴν τοῦ ἱεροῦ ὀνόματός σου δόξαν. Ταῦτα παρὰ σοῦ, ὦ πάτερ οὐράνιε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν αἰτοῦμεν, δεόμενοί σου αὐτὰ χαρίζεσθαι ἡμῖν διὰ τὴν ἐκείνου ἀξίαν· σοὶ ἣ μετὰ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ σοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πᾶς ὁ ἔπαινος καὶ τιμὴ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## ΑΛΛΗ ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΕΩΘΙΝΗ ΔΙΔΑΣΚΑΛΕΙΟΙΣ προσηρμοσμένη.

Παράσχου ὦ Κύριε Θεὸς πάτερ οὐράνιε, τὸ ἡμᾶς τῆς θείας τοῦ πνεύματός σου χάριτος μετέχοντας, καὶ τοῦ ἀγαπητοῦ υἱοῦ καὶ μακαριωτάτου παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ λαμπρότατον καὶ ἐπιφανέστατον ὑπόδειγμα εἰς μίμησιν ἑαυτοῖς πρὸ ὀμμάτων τιθέντας ἐν νεότητι ἑαυτοὺς ὅλους τῇ ἀγαθῇ παιδείᾳ καὶ ἀρετῇ ἐπιδοῦναι, καὶ πρὸς τὸ σὸν θέλημα ῥυθμίζειν· ἵνα τῇ ἡλικίᾳ προκόπτοντες, ὡσαύτως εἰς σύνεσιν καὶ σοφίαν καὶ ἀρετὴν συνεχῶς ἐπιδόντες δῆλοι ὦμεν, τήν τε τῶν εὐσεβῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τὴν σὴν οὐράνιον εὔνοιαν καὶ ἀγάπην (ἣ τελείαν εὐδαιμονίαν φέρει) ἑαυτοῖς κατακτώμενοι, διὰ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ᾧ μετὰ σοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΥΠΟΜ-

licæ, atq; ſanctæ Eccleſiæ tuæ utiles evadamus, ad ſanctiſsimi nominis tui gloriam amplificandam. Hæc à te pater cœleſtis, nomine unici tui filii Ieſu Chriſti ſervatoris noſtri efflagitamus, obſecrantes ut ea nobis ipſius cauſa largiri velis: tibi verò, cum eodem filio tuo, ſanctóque ſpiritu laus omnis & gloria perpetuò tribuatur. Amen.

Ioh. 15. 16.

1 Tim. 1. 17.

## *MATVTINA PRECATIO alia ſcholis apta.*

LArgire Domine Deus Pater cœleſtis, ut divino ſpiritu tuo afflati, dilectiſſimi filii, beatiſsimíque pueri tui Ieſu Chriſti clariſsimum illuſtriſsimúmq; exemplum nobis ad imitandum ante oculos proponentes, hoc pueritiæ atque adoleſcentiæ noſtræ tempore, nos totos ad bonarum literarum ſtudium, & virtutem applicemus, atque ad tuam voluntatem conformemus, & ſicuti ætate progredimur, ita in dies magis magiſque ſcientia, ſapientia, & virtute proficiamus: tum hominum piorum, tum verò tuam maximè cœleſtem gratiam atque amorem (in quo ſumma ſita eſt fœlicitas) nobis conciliantes atque conſequentes: idque per eundem filium tuum Ieſum Chriſtum, ſervatorem noſtrum, cui unà tecum & cum ſancto ſpiritu honor eſt atque gloria ſempiterna tribuenda. Amen.

Luc. 2. 46.

Eccle. 12. 2.

Luc. 2. 29, 53.

Admonitio

# ΥΠΟΜΝΗΣΙΣ ΕΙΣ ΕΣΠΕΡΑΝ.

Εάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει· ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει.

Εὰν δέ τις περιπατῇ ἐν τῇ νυκτὶ, προσκόπτει· ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ.

Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα.

Ιησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὸ φῶς ἐστὶ τὸ φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

Περιπατήσωμεν οὖν ἕως τὸ φῶς ἔχομεν, ἵνα μὴ σκοτία ἡμᾶς καταλάβῃ· ὅτι ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει.

Μὴ γινώμεθα ἑτεροζυγοῦντες τοῖς ἀπίστοις· ἀλλ' ἕως τὸ φῶς ἔχομεν, πιστεύσωμεν εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γινώμεθα.

Πιστεύσωμεν εἰς Ιησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ὅστις φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ.

Ος ἐὰν ἀκολουθήσῃ Χριστῷ, τῷ φωτὶ τοῦ κόσμου, οὐ περιπατεῖ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

Εξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσιν.

Ο λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι.

Ο ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει, καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι.

Εὰν

## ADMONITIO VESPERtina & nocturna.

*DIe si quis incedat, nihil offendit: quoniam solis lumen aspicit.* Ioh. 11. 9.

*At si de nocte ambulet, luce orbatus per errorem incurrit.* 10.

*Hæc est damnationis causa, quòd lux mundo affulsit, homines verò tenebris potiùs quam luce delectati sunt, eo quòd eorum vita flagitiosa fuerat.* Ioh 3. 19.

*Iesus Christus Dei Filius lux est, quæ in tenebris fulget, vera illa lux, quæ omnes homines, qui in hanc vitam ingrediuntur illustrat.* Ioh 1. 5, 9.

*Progrediamur igitur dum suppetit lumen, ne nos nox opprimat, nam qui in tenebris versatur, nescit quò ruat.* Ioh. 12. 35.

*Incredulorum peregrinum jugum ne feramus, verùm dum lucem aspicimus, luci fidamus, ut lucis soboles efficiamur.* 2 Cor. 6. 14. Ioh. 12. 36.

*Credamus in Iesum Christum Dei filium, qui mundo illuxit, ut omnes qui credunt in eum in tenebris non jaceant.* Ioh. 12. 46.

*Qui Christum mundi lucem sequitur, è tenebris in lumen vitæ vocabitur.* Ioh. 8. 12. & 9. 5.

*Exoritur è tenebris lumen iis, qui castè atque integrè versantur.* Psal. 112. 4.

*Qui se in luce versari dicit, & odium tamen in fratrem habet, is tenebris usque ad hoc tempus offunditur.* 1 Ioh. 2. 9.

*Qui fratrem diligit, luce circumfunditur: neque ulla unquam ab eo peccandi occasio offeretur.* 10.

Ἐὰν δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον ἐκ ψυχῆς σου, καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, τότε ἀνατελεῖ ἐν τῷ σκότει τὸ φῶς σου, καὶ τὸ σκότος σου ὡς μεσημβρία.

## ΨΑΛΜΟΣ ΕΣΠΕΡΙΝΟΣ.

Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε.

Τὸ ἀναγγέλλειν τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου κατὰ νύκτα.

Ἕως τὸ σκότος καλύπτει τὴν γῆν καὶ τὰ ἔθνη, λαμψάτω ἡμῖν ἡ δόξα σου Κύριε, ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, ὅπως ὁδηγῶσιν ἡμᾶς.

Ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, λάμψον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καὶ δὸς ἡμῖν τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης σου, ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἅψον τὸν λύχνον ἡμῶν ὦ Θεὸς Κύριε ἡμέτερε, καὶ ποίησον τὸ σκότος ἡμῶν φῶς, ἵνα περιπατήσωμεν ἔμπροσθέν σου ἐν φωτὶ ζώντων.

Λύχνος τοῖς ποσὶν ἡμῶν ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις ἡμῶν. ἐπιφαίνει τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, καὶ κατευθύνει τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης.

Κατεύθυνον τὰ ἴχνια ἡμῶν ἐν τῷ λόγῳ σου· καὶ οὕτως οὐκ ὀλισθήσουσιν οἱ πόδες ἡμῶν, καὶ οὐ κυριεύσει ἡμῶν μηδεμία κακία.

*Si inopis atque egentis esuriei misertus fueris, luctúque & mœrore afflictum animum consolatione sustentaveris: tunc effulgebit è tenebris lumen tuum, eritq; caligo tua instar meridiei.* Esa. 58. 10.

*Hymnus vespertinus & nocturnus.*

OPtimum est, nos tibi O Deus, confiteri, tuúmq; numen precibus placare, & divinum nomen tuum hymnis & laudibus celebrare, O excelsissime. Psal. 92. 1.

*De tua benignitate matutinis temporibus, & vespertinis de veritate tua honorificè prædicare.* 2.

Dum terra atque homines obscura teguntur caligine, tua O Domine gloria nobis illucescat: lumen tuum, & tua nos veritas dirigant. Esa. 6. 1, 2. Psal. 43. 3.

*O Deus qui jubes lumen è tenebris effulgere, illustra mentes nostras, & præfer nobis lumen cognitionis gloriæ tuæ in facie Iesu Christi.* 2 Cor. 4. 6.

Accende lucernam nostram O Domine Deus noster, illumina tenebras nostras, ut in conspectu tuo ambulemus in lumine viventium. Psal. 18. 27. Psal. 56. 13.

*Verbum tuum instar lucernæ est pedibus nostris, & instar lychni semitis nostris: præfert lumen iis qui in tenebris & in umbra mortis versantur: vestigia nostra dirigit in viam pacis.* Psa. 119. 105. Luc. 1. 79.

Ingressus nostros ad verbi tui normam dirigito: nam sic pedes nostri à lapsu continebuntur, ne in flagitium aliquod dilabamur. Psa. 119. 133. & 56. 13.

*Penes*

Κύριε παρά σοι πηγὴ ζωῆς. φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου. μήποτε ὑπνώσωμεν εἰς θάνατον, καὶ ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν ἰσχύσῃ πρὸς ἡμᾶς.

Ρῦσαι ἡμᾶς ἐκ σκότους, καὶ ἐκ σκιᾶς θανάτου, διάῤῥηξον τοὺς δεσμοὺς ἡμῶν, καὶ ῥῦσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀπὸ θανάτου. σῶσον ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ σκότους, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Ανοιξον ὀφθαλμοὺς ἡμῶν, ἵνα ἐπιστραφῶμεν ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεόν.

Τοῦ λαβεῖν ἡμᾶς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ εἰς τὸν υἱόν σου Ιησοῦν Χριστόν.

Οὕτως ἐν εἰρήνῃ κοιμηθησόμεθα καὶ ὑπνώσομεν· ὅτι σὺ Κύριε μόνος ἐπ' ἐλπίδι κατοικίζεις ἡμᾶς.

Δόξα τῷ πατρὶ (καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὥσπερ ἦν ἐν ἀρχῇ (καὶ τὰ ἑξῆς.

## ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΤΩΝ ΚΑΘΕΥ-δειν μελλόντων.

Κύριε ὁ Θεὸς, εἰς ὃν ἡ σωτηρία ἀνθρώπων τε καὶ πάντων τῶν ὄντων ἀνάκειται, ὅτε ἡ νὺξ τὸν κόσμον ἐσκότωσε, καὶ τὰ ἡμῶν σώματα μέλλει εἰς ὕπνον ἐμπίπτειν, οὗ οὐδὲ ἔστι θανάτῳ ὁμοιότερον, ἑαυτοὺς ὅλους σοι ἐπιτρέπομεν, σὲ ἱκετεύοντες ἡμᾶς ἀπὸ τῆς δυνάμεως

*Penes te O Deus est fons vitæ, illustra oculos nostros tui vultus fulgore: ne somno consopiti sempiterno, hostis nostri dominatu premamur.* Psal. 36.9. & 13. 3, 4.

Extrahe nos è tenebris, & è mortis caligine: rumpe vincula nostra, & eripe nos ab interitu: O libera nos ab illa caligine, ubi fletus gemitúsque fiunt, & dentium crepitus exaudiuntur. Psal. 117.13. & 16. 13. Mat. 8. 12. & 22. 13. & 25. 30.

*Oculos nostros aperi, ut è tenebris in lucem vocemur, & è potestate Satanæ vindicemur, tibiq; O Deus noster asseramur.* Act. 26. 18.

Vt peccatorum veniam impetremus, hæreditatémque adeamus cum illis, qui per fidem erga Filium tuum Iesum Christum sancti atque integri efficiuntur. Act. 28.

*Sic cubitum discedemus, nósque quieti trademus securi: tuo enim solius præsidio in tuto collocabimur.* Psal. 4. 8.

Gloria tribuatur Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut à principio ad hunc usque diem factum est, fiétq; per infinitas seculorum ætates. Amen.

## *PRECATIO VESPERTINA.*

DOmine Deus in cujus tutela est salus hominum, atque rerum omnium, quando nox Mundum oppressit, & corpora mox nostra somno, quo nihil est morti similius resoluta languidáque jacebunt, nos totos tibi in tutelam tradimus, Psal. 91. & 146, 147. Luc. 8. 52. Ioh. 11. 11. 1 Thess. 4. 13, 14.

μεως τῶν πονηρῶν πνευμάτων, τῶν τοῦ σκότους ἀρχόντων, ἃ πρὸς τὸ ἐξαπατᾷν ἡμᾶς εἰς ἀγγέλους φωτὸς μετασχηματίζεται, καὶ ἀφ᾽ ἁμαρτιῶν τῶν ἔργων τοῦ σκότους, καὶ ἀπὸ πάντων ἄλλων τῶν τε κατὰ τὸ σῶμα καὶ τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν κινδύνων ῥύσασθαι καὶ φυλάξαι· καὶ μὴ ἐάσαι ἡμᾶς ὅλους ὕπνῳ καταφέρεσθαι, καὶ οἱονεὶ ἐνθάπτεσθαι, ἢ μεταξὺ καθευδόντων τὰς διανοίας ἡμῶν οὕτως ἐπισκοτεῖσθαι, ὥσθ᾽ ἡμᾶς σοῦ ἐπιλανθάνεσθαι· ἀλλὰ τῶν σωμάτων ὕπνου τυγχανόντων, τὰς ψυχὰς νυκτὸς καὶ ἡμέρας συνεχῶς γρηγορεῖν, καὶ εἰς σὲ ἀτενὲς ὁρᾷν. καὶ ἐπειδὰν τά σώματά τε καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀποχρώντως, ὅσον τῇ φύσει ἀρκεῖ, ἀναπαύσωμεν, ἢ αὔριον ἐπιτηδειοτέρους καὶ προθυμοτέρους ἡμᾶς ποιήσῃ σοι δουλεύειν, ὁποιαδήποτ᾽ ἂν διαγωγῇ κατὰ τὴν σὴν διάταξιν σχολάζοντες ὦμεν, πρὸς τὴν ἡμετέρων ψυχῶν τὴν σωτηρείαν, καὶ τοῖς πλησίον τὴν ὠφέλειαν, καὶ τὴν τοῦ ἁγιωτάτου ὀνόματός σου τιμὴν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ᾧ σὺν σοὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι πᾶς ὁ ἔπαινος καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## ΑΛΛΗ ΕΠΙΚΟΙΤΙΟΣ ΕΥΧΗ.

Παντοκράτωρ ὁ Θεὸς χαρισάμενος ἀνθρώποις τὴν λαμπρὰν ἡμέραν ἵνα ἐν αὐτῇ ταῖς ἰδίαις σχολάζωσιν ἀσχολίαις, τὴν δὲ νύκτα τῇ τῶν σωμάτων καὶ ψυχῶν κεκοπιασμένων καὶ ἀναπαύσεως δεομένων ἀναψύξει ἀποτάξας· μεθ᾽ ἱκετείας σὲ ἀντιβολοῦμεν,

mus, suppliciter orantes, ut à potestate malitiosorum spirituum, caliginis principum, qui ad nos fallendos in angelos se lucis transformare valent, & à peccatis, tenebrarum operibus, atque aliis omnibus tum corporis, tum animæ periculis nos tueri & conservare velis: utque totos nos sopore opprimi & quasi sepultos jacere, aut mentibus interim nostris caliginem ita offundi non patiaris, ut tui nos oblivio capiat: verùm ut corporibus sopitis, animi vigiles assiduè noctes diésque tibi intenti excubent. Et quum requies corpora simul atq; animos nostros satis quantum natura quærit, refecerit, crastina aurora aptiores nos atque propensiores reddat ad tibi serviendum in eo vitæ statu, quem nos tenere voluisti, ad animarum nostrarum salutem, nostrorum proximorum commodum, tuíque sanctissimi nominis gloriam, per Iesum Christum servatorem nostrum, qui, unà tecum, & cum sancto spiritu, omni laude, & gloria, omnibus sæculorum ætatibus est ab omnibus afficiendus. Amen.

Ephes. 6. 12. 2 Cor. 11. 14. Ephes. 5. 11, 12. &c. 1 Thes. 5. 5, 6, 10.

1 Cor. 7. 20. Ephes. 4. 1. 1 Thes. 1. 12, 13.

*Vespertina precatio alia.*

OMnipotens Deus, cujus beneficio sicuti dies hominibus ad negotia obeunda illucescet, sic & nox ad corpora atque animos labore & contentione defessos, quiete relaxandos, atque recreandos conceditur: supplici à te precatione

Esa. 45. 7. & 50. 3. Eccles. 5. 11.

ὥσπερ ἡ νὺξ ἅπαντα σκότου ἐνέπλησεν, οὕτω καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, αὐτὰς ἡμῖν διὰ Χριστὸν συγχωροῦντα, καλύψαι καὶ ἐκ μέσου θέσθαι, καὶ αἰωνίῳ λήθῃ παραδοῦναι· ἵνα καθάπερ τὰ σώματα εἰς ὕπνον τρεπόμενα ἀναπαύσεως τεύξεται, ὡσαύτως αἱ ψυχαὶ τῷ σῷ ἐλέῳ πεποιθυῖαι, καὶ τῆς τῶν πλημμελημάτων συνειδήσεως ἀπηλλαγμέναι, ἐν ἡσυχίᾳ μένωσι, καὶ οὕτω τελείως ἀναψυχθέντες, ἐν τῇ αὔριον, καὶ ἐν πάσαις ἄλλαις τῆς ζωῆς ἡμέραις τοῦ ὕπνου ἀπανιστάμενοι πρὸς τὸ δουλεύειν σοὶ ἐγερθῶμεν· καὶ ὅταν ὁ θάνατος αὐτοὺς περιαπελάσῃ, ἀφ' οὗ οὐχ ἧττον, ἢ ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ ὕπνου ἡμᾶς διεγείρειν ἔξεστί σοι, τῇ ἐλπίδι ἐπαναπαυσώμεθα τῆς τριποθήτου αὐτῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τὰ σώματα ἡμῶν εἰς τὴν αἰώνιον ἐκείνην ἡμέραν, ἣν οὐδεὶς ζόφος ἐπισκοτήσει, ἀναστήσεις· ἐν ᾗ κοινωνήσομεν τῆς τῶν ἁγίων κληρονομίας ἐν φωτὶ, ἐν τῇ οὐρανίῳ Ἱερουσαλὴμ, τῇ εὐδαιμονεστάτῃ πόλει, ἥτις οὐ προσδεήσεται οὔτε τοῦ λύχνου, οὔτε τοῦ ἡλίου, οὔτε τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ. ἡ σὴ γὰρ δόξα ὦ Θεὸς αὐτὴν φωτίσει, καὶ ὁ σὸς υἱὸς, τὸ ἀρνίον, ἡμετέρα δόξα καὶ φῶς αἰώνιον ἔσται· πρὸς ὃ ἐνδοξότατον φῶς, καὶ τὴν τοῦ ἀγαπητοῦ υἱοῦ σου βασιλείαν δεόμεθά σου ἡμᾶς ἄγειν δι' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ᾧ μετὰ σοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἡ ἀθάνατος τιμὴ, καὶ ὁ ὑπερμεγέθης ἔπαινος ὀφείλεται. Ἀμήν.

ΤΕΛΟΣ.

catione petimus, ut quemadmodum nox tenebris omnia obſcurat, ita & peccata etiam noſtra, illa dilecto filio tuo condonans, occultare, & ab oculis tuis removere, atq; illorum memoriam ſempiterna oblivione delere velis, ut veluti corpora ſomno & requiete reficientur, itidem & animi noſtri miſericordiæ tuæ fiducia, à ſcelerum conſcientia ſoluti tranquillentur: atq; ita toti recreati, craſtinò quum diluceſcet, reliquíſque vitæ noſtræ diebus experrecti, ad tibi ſerviendum excitemur. Et quando mors ipſa, à qua tam eſt tibi facile nos atque è ſomno corporis excitare, imminebit, in ſpe lætiſſimæ illius reſurrectionis (qua corpora noſtra ad ſempiternum illum diem nullis unquam tenebris interruptũ expergefacies) requieſcamus: quando hæreditatis ſanctorum in Lumine participes reddemur, in cœleſti Hieruſalem, beatiſſima illa civitate, quę neq; Lucernæ, neq; Solis, neq; Lunæ lumine, quo illuſtretur, indigebit: tua enim O Deus gloria illi illuceſcet, tuúſq; filius agnus ille, noſtrum erit decus ac lumen ſempiternum. Ad quam glorioſiſsimam lucem, & regnum dilecti filii tui, ut nos velis perducere, te per eundem illum ſervatorem noſtrum obteſtamur atque obſecramus: qui unà tecum, & cum ſancto ſpiritu, maximis & immortalibus honoribus, ſummíſque & perpetuis laudibus efferendus eſt atque celebrandus. Amen.

Pſal. 25. 5. & 32. 1. & 51 2. 9.
Eſa 43. 25.
Ezec. 18. 22.

Act. 3. 19.
Col. 2. 13, 14.
Pſal. 127. 2.
Prov. 3. 24.
Luc. 8 52. 54.
Ioh 11. 11. 25. 43, 44.
Col 1. 12.
Gal. 4. 26.

Apoc. 21. 23. & 22. 5.
Coloſ. 1. 13.

*FINIS.*

